

ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia ego dixi tibi: oportet vos nasci de uero. Spiritus ubi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis unde veniat aut quò vadat, Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus. & dixit ei. Quòmodo possunt hec fieri? Respondit Iesus, & dixit ei. Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Amen, amen dico tibi: quia quod scimus loquimur: & quod vidimus, testamur: & testimoniũ nostrum non accipitis. Si terræna dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cælestia, creditis? Et nemo ascendit in cælum: nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipsum, nõ pereat: sed habeat vitam æternam. **Credo.**

No. 21.

Pf. 117.

Offertorium. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem: non moriar, sed viuam, & narrabo opera Dñi, alleluia. **Secreta.**

Sacrificium, Domine, quod tibi immolamus, placatus intende: ut ab omni nos eruat bellorũ nequitia: & per vexillum sanctæ Crucis filij tui, ad conterendas aduersariorum insidias, nos in tuæ protectionis securitate constituat. Per eundem.

Pro commem. sanct. mart. Alexandri, Euentij, Theodali, atque Iuuenalis. **Secreta.**

Super has hostias, quæsumus, Domine, benedictio copiosa descen-

dat: quæ & sanctificationem nobis clementer offeretur, & de sanctorum nos solemnitate lætificet. Per Dominum.

Præfatio de Cruce.

Communio. Per signum Crucis, de inimicis nostris libera nos Deus noster, Alleluia. **Postcommunio.**

Repleti alimonia cælesti, & spiritali poculo recreati, quæsumus omnipotens Deus: ut ab hoste maligno nos defedas quos per signũ sanctæ Crucis, filij tui armis iustitiæ, pro salute mundi triumphare iussisti. Per eundem.

Pro cõmemoratione sanct. mart. Alexandri, Euentij, Theoduli, atque Iuuenalis. **Postcommunio.**

Refesti participatione muneris facti, quæsumus, Domine Deus noster: ut quorum exequimur cultũ, sentiãmus effectum. Per Dominum.

SANCTÆ MONICÆ

Viduae.

Introitus.



Ognoui, Domine quia aquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me: cõfige timore tuo carnes meas: a

mandatis enim tuis timui, Alleluia: alleluia. **Psalm.** Beati immaculati in via, quia ambulat in lege Domini. **Gloria patri.** **Oratio.**

Exaudi nos Deus salutaris noster: ut, sicut de beatæ Monicæ festiuitate gaudemus: ita pia deuotionis erudiãmur affectu. Per Dominum.

Epistola. Viduas honora. **de communi nec virg. nec mar.** fol. 36.

Alleluia, alleluia. **V.** Spécie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Alleluia. **R.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

Euangelium. Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim. **vt habetur in Dñica, post Pentecost.** fol. 62.

Offertorium. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in sæculum sæculi. Alleluia. **Secreta.**

Accépta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dñm. **Communio.**

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vinxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis, Alleluia. **Postcommunio:**

Satiasti, Dñe, familiam tuam muneribus sacris: eius quæsumus semper interuentione nos refoue: cuius solemnia celebramus. Per Dóminum.

IN FESTO SANCTI

Ioannis ante portam Latinã.

Introitus.



Rotexisti me Deus à conuentu malignantium, alleluia: à multitudine operantium iniquitatem, alleluia, alleluia. **Psalmus.**

Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. **V.** Glória patri.

Oratio.

Deus, qui cospicis, quia nos vndique mala nostra perturbant: præsta, quæsumus: vt beati Ioannis apostoli tui intercessio gloriósa nos protegat. Per Dóminum.

Epistola. Stabunt iusti. **de communi mart. tempore Paschali.** fol. 8.

Alleluia, alleluia. **V.** Iustus, vt palma, florébit: sicut cedrus Líbani, multiplicabitur. Alleluia. **R.** Iustus germinabit sicut lílium: & florébit in æt- Ps. 91.
Os. 14
tèrnum ante Dóminum, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij
secundum Matthæum.**

In illo tempore: Accéssit ad Iesum Ca. 20.
mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit. Ne scitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. **Dicitur Credo.**

Offertorium. Confitebuntur cœli Ps. 88.
mirabilia tua, Dómine: & veritatem tuam in Ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia. **Secreta.**

Muneribus nostris, quæsumus, Dómine, precibusque susceptis: & cœlestibus nos munda mysterijs: & clementer exaudi. Per Dóminum.

Præfatio de Apostolis.

Ps. 63.

Communio. Lætabitur iustus in Dómino, & sperábit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, Alleluia.

Postcommunio.

Refecti, Dómine, pane cælesti: ad uitam, quæsumus nutriámur ætérnam. Per Dóminum.

Dic. 8.

In Apparitione sancti Michæ'is fit officium sicut in Dedicacione eiusdem: sed prætermisso graduali, dicuntur Alleluia. cū suis versibus, ut ibi.

Dic. 9.

In festo sancti Gregorij Nazianzeni Episcopi & confessoris, Missa. In médio Ecclesiæ. de communi doctorum. fol. 22.

Epistola. Iustus cor suum trádit. fol. 23. **Et dicitur Credo.**

Dic. 10

SANCTORVM GORDIANI & Epimachi mart. Introitus.

Ps. 144



Sancti tui Dómine benedicent te: glóriã regni tui dicet, Alleluia, alleluia.

Ibidé.

Psalm. Exaltábo te Deus meus rex, &

benedicam nómini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. **Glória patri.**

Oratio.

DA, quæsumus, omnipotés Deus ut: qui beatórum martyru tuórum Gordiani & Epimachi solénnia colimus, eórum apud te intercessiónibus adiuuémur. Per Dóminum.

Epistola. Post hæc ego Ioánnis, de communi martyrum tempore Paschali. fol. 11.

Alleluia, alleluia. **Sancti tui, Dómine, florébunt sicut lilium: & si-**

cut odor balsami erunt ante te, Alleluia. **Preclósa in conspéctu Dómini mors sanctórum eius, Alleluia.**

Euangelium. Ego sum vitis & vos palmittes. **de eodem comuni. fol. 10.**

Offertorium. Lætámini in Dómino & exultáte iusti: & gloriámini omnes recti corde, Alleluia. alleluia.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, beatórum mártýrum tuórum Gordiani & Epimachi dicatas méritis benignus asúme: & ad perpétuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dóminum.

Communio. Gaudéte iusti in Dómino, alleluia: rectos decet collaudatio, Alleluia. **Postcommunio.**

Quæsumus omnipotens Deus ut: qui cælestia aliménta percépi-
mus, intercedéntibus sanctis tuis Gordiano & Epimacho, per hæc contra ómnia aduersa muniámur. Per.

SANCTORVM NEREI, Archilei, atque Pancratij mart.

Introitus.



Hæc óculi Dómine super tímentes eū sperántes in miseri-
córdia eius: alleluia ut eripiat à morte animas eórum: quó-

niam adiutor & protéctor noster est, Alleluia, alleluia.

Psalm. Exultáte iusti in Dómino: rectos decet collaudatio. **Glória patri & filio.**

Oratio.

Semper nos, Dómine, sanctórum mártýrum tuórum Nerei, Archil-

lei,

lei, atque Pancratij foueat, quæsumus
beata solēnitas: vt tuo dignos reddat
obsequio. Per Dōminum.

Epistola. *S*tabunt iusti. *de cōmu-
ni mart. tempore Paschali.* fol. 8.

Alleluia, alleluia. *✠* Hæc est vera
fraternitas, quæ vicit mundi crimi-
na: Christum secūta est, inclyta te-
nens regna cælestia, Alleluia. *✠* Te
martyrum candidatus laudat exerci-
tus Dōmine, Alleluia.

Euangel. *A*men, amen dico vobis
quia plorabitis. *de eodē cōm.* fol. 12.

Offertorium. *C*onfitebuntur cœli
mirabilia tua Dōmine: & veritatem
tuam in Ecclesia sanctorum, Alleluia,
alleluia.

Secreta.

Sanctorum martyrum tuorum, quæ
sumus, Dōmine, Nerei, Archillei
atque Pancratij sit tibi grata confes-
sio: quæ & munera nostra commēn-
det: & tuam nobis indulgentiam sem-
per implōret. Per Dōminum.

Communio. *G*audete iusti in Dō-
mino, alleluia: rectos decet collauda-
tio, Alleluia.

Postcommunio.

Quæsumus, Dōmine: vt, beatō-
rum martyrum tuorum Nerei
Archillei, atque Pancratij deprecatio-
nibus, sacramenta sancta quæ sumpsi-
mus, ad tuæ nobis proficiant placatiō-
nis augmentum. Per Dōminum.

**SANCTI Bonifacij mart. Mis-
sa.** *p*rotexisti me Deus. *de communi
tempore Paschalis.* fol. 8. **Oratio.**

DA, quæsumus, omnipotēs De-
i: vt qui beati Bonifacij martyris
tui natalitia colimus, eius apud te in-

tercessiōnibus adiuuēmur. Per Dōm.

Secreta.

MVneribus nostris, quæsumus,
Dōmine, precibusq; susceptis,
& cælestibus nos munda mysterijs, &
clementer exaudi. Per Dōminum.

Postcommunio.

Refecti participatiōne muneris sa-
cti, quæsumus, Dōmine: vt cui-
exequimur cultum, intercedente bea-
to Bonifacio martyre tuo, sentiāmus
effectum. Per Dōminum.

**SANCTÆ Potentianæ virgi-
nis, Missa.** *D*ilexisti iustitiam, *de cō-
muni virginum.* fol. 31.

Die 19

*Si aliquod festum ex sequentibus
venerit tempore Paschali. Missa dici-
tur vt in communi temporis Pascha-
lis. Si autē venerit post octauam Pen-
tecost. dicitur vt infra assignatur.*

SANCTI VRBANI

Die 29

Papæ & martyris.

Introitus



Sacerdotes tui, Dō-
mine, induant iusti-
tiam, & sancti tui ex-
ultent: propter Da-
uid seruum tuum, non

Eccl. 131

auertas faciem Christi tui. **Psal.**
Memento, Dōmine, Dauid, & om-
nis mansuetudinis eius. *✠* Gloria.

Ibid.

Oratio.

DA, quæsumus, omnipotens De-
us: vt qui beati Urbani martyris
tui atque pontificis solēnnia colimus:
eius apud te intercessiōnibus adiuuē-
mur. Per Dōminum nostrum.

Epistola. *B*enedictus Deus. *de cō-
muni vniuersi mart. pont.* fol. 3.

Grada

Pf. 88. **Graduale.** Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Pf. 131. **Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocēbit ei. Alleluia, alleluia.** **Memēto Dñe David, & omnis māfuetūdinis eius, alla.**

Euangeliū. Homo quidā peregrē de cōm. vnus confess. pont. fol. 19.

Pf. 88. **Offertorium.** Veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nōmine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

HÆc hōstia, quæsumus, Dñe, emūdet nostra delicta: & ad sacrificiū celebrandum, subditōrum tibi cōpora, mentesque sanctificet. Per Dñm.

Ma. 24 **Communio.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit dōminus super familiam suam: vt det illis in tēpore tritici mensuram.

Postcommunio.

REfecti participatiōne mūneris facti, quæsumus Dōmine Deus noster, vt cuius exequimur cultum, sentiāmus effectum. Per Dōminum.

Die. 26 **SANCTI Eleutherij Papæ & mart. Missa.** Statuit ei Dōminus. vt in cōmuni vnus mart. pont. fol. 19. nisi venerit tempore Paschali.

Die. 27 **SANCTI Ioānis Papæ & m. Missa.** Sacerdōtes Dei. vt in cōmuni vnus mart. pont. fol. 3.

Die. 30 **SANCTI Felicis Papæ & martyris, Missa.** Statuit ei Dōminus. vt in cōmuni vnus martyris pontificis. fol. 19.

SANCTÆ Pet ònillæ virginis Missa. Vultum tuum. de cōmuni virg. non martyrum. fol. 32.

FESTA IUNI.
SANCTORVM MARTYRUM, Marcellini, Petri, atque Erasmi.

Introitus.



Clamauerunt iusti, & Dōminus: exaudiuit eos: ex óminibus tribulatiōibus eōrum Liberāuit eos.

Psaln. Benedicam Dōminum in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. **Glória patri, & filio.**

Oratio.

DEus qui nos annua beatōrū martyrum tuōrum Marcellini, Petri atque Erasmi solennitate lætificas: presta quæsumus: vt quorum gaudemus mēritis, prouocēmur exēmplis. Per Dōminum nostrum.

Epistola. Non sunt condignæ. de cōmuni plurimorum mart. fol. 26.

Graduale. Clamauerunt iusti, & Dōminus exaudiuit eos: & ex óminibus tribulatiōibus eōrum liberāuit eos. **Iuxtā est Dōminus his, qui tribulato sunt corde, & hūmiles spiritu saluābit. Alleluia, alleluia.** **Ego vos elēgi de mundo, vt cātis, & fructum afferātis: & fructus vester māneat, Alleluia.**

Euangelium. Cūm audieritis prēlia. de eodem cōmuni. fol. 13.

Offertorium. Lætāmini in Dōmino, & exultāte iusti: & gloriāmini omnes recti corde.

Secreta

HÆc hōstia quæsumus, Dōmine, quam in sanctorum martirum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet, Per Dōminum.

Communio. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tæget illos tormentum malitiæ: visi sunt oculis insipientiū mori: illi autem sunt in pace.

Postcommunio.

Sacro mūnere satiati, supplices te, Dñe, deprecāmur: vt quod debite seruitutis celebramus officio, saluatiōnis tuę sentiām. augmentū. Per dñm.

SANCTORVM MARTYRUM Primi & Feliciani.

Introitus.

Sapientiam sanctorum narrent populi, & laudes eorum nūnciet Ecclesia: nomina autem eorum viuent in sæculum sæculi. **Psal.** Exultate iusti in Dōmino, rectos decet collaudatio. **¶** Glōria patri, & filio, & spīritui.

Oratio.

Fac nos, quæsumus, Dōmine, sanctorum martirum tuorum Primi & Feliciani semper festa sectari: quorum suffragijs protectionis tuæ dona sentiāmus. Per Dōminum.

Epistola. Iusti autem in perpetuum viuēt. **de communi plurimorum martirum.** fol. 13.

Graduale. Confitebuntur cœli mirabilia tua Dōmine: etenim veritatem

tem tuam in Ecclesia sanctorum. **¶** Misericordias tuas, Dōmine, in æternum cantabo, in generatione, & progenie. **Alleluia, alleluia. ¶** Haec est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina Christum secuta est, inclytā tenens regna cælestia, Alleluia.

Euangelium. Confiteor tibi pater. **de eodem communi.** fol. 17.

Offertorium. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israël ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ benedictus Deus, Alleluia: 67.

Secreta.

Fiat tibi, quæsumus, Dōmine, hōstia sacra placabilis, preciosi celebritate martirij quæ & peccata nostra purificet, & tuorum tibi vota conciliet famulorum. Per Dōminum.

Cōmunio. Ego vos elegi de mundo, vt catis, & fructū afferatis, & fructus vester maneat. **Postcommunio.** 102. 19

Quæsumus, omnipotens Deus: vt sanctorum martirum tuorum Primi & Feliciani cælestibus mysterijs celebrata solennitas indulgentiam nobis tuæ propitiationis acquirat. Per Dōminum.

INFESTO SANCTI

Barnabæ apostoli.

Introitus

Die. 1.



Mihi autē nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorū. **Psal.** Psal. 138. **Ibidem**
Dōmine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam

meam. **Gloria patri.** **Oratio.**

Deus, qui nos beati Barnabæ apòstoli tui mèritis & intercessiõne lætificas: concède propitius: vt qui tua per eũ beneficia pòscimus, dona tuæ gratiæ consequamur. Per Dòminum.

Lectio actuum apostolorum.

Cap. 11 **I**n dièbus illis, Multus nùmerus cre-
dèntium, Antiochiæ, conuèrsus est
ad Dòminum. Peruenit autem sermo
ad aures ecclesiæ quæ erat Hierosoly-
mis, super istis: & miserunt Barnabam
vsque ad Antiochiam. Qui cùm per-
uenisset, & vidisset gratiam Dei: gauisus est. Et hortabatur omnes in propò-
suo cordis manere in Dòmino: quia
erat vit bonus: & plenus spiritu sancto
& fide. Et apposita est multa turba dò-
mino. Profectus est autè Tharsum, vt
quæreret Saulum: quem cùm inueni-
isset, perdúxit Antiochiam. Et annum
totà conuersati sunt ibi in ecclesia: &
docuerunt turbam multam, ita vt cog-
nominarentur primū Antiochiæ dis-
cipuli, Christiani. Erant autè in eccle-
sia quæ erat Antiochiæ, prophætæ &
doctores: in quibus Barnabas, & Simō
qui vocabatur Niger, & Lúcius Cyre-
nensis, & Manahen qui erat Heròdis
tetrarchæ collataneus & Saulus. Mi-
nistrantibus autem illis Dòmino, & ie-
iunantibus, dixit illis Spiritus sanctus.
Segregate mihi Saulū & Barnabā in
opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieu-
nantes & orantes, imponentesque eis
manus, dimiserunt. illos.

Ps. 18. **Graduale.** In omnem terram exi-
iit sonus eòrum: & in fines orbis ter-

ræ verba eòrum. **Cœli enarrant** in
glóriam Dei: & òpera manuum eius
annúnciat firmamētum. **Alleluia,**
alleluia. **Ego vos elegi de mundo:**
vt eatis, & fructum afferatis, & fructus
vester maneat, Alleluia.

**Sequentia sancti euangelij
secundum Ioannem.**



In illo tempore: Dixit Iesus discipulis
suis. Hoc est præcep-
tum meum: vt diligatis
inuicem, sicut dilexi
vos. Maiorem
hac dilectionem nemo habet, vt ani-
mam suam ponat quis pro amicis su-
is. Vos amici mei estis, si feceritis que
ego præcipio vobis. Iam non dicam
vos seruos, quia seruus nescit quid fa-
ciat dñs eius. Vos autem dixi amicos:
quia omnia quæcúnq; audiui à patre
meo, nota feci vobis. Non vos me ele-
gisti: sed ego elegi vos; & pòtui vos:
vt eatis, & fructū afferatis: & fructus ve-
ster maneat: vt quodcúnq; petieritis
patrem in nòmine meo, det vobis.

Dicitur Credo.

Offertorium. Constitues eos prin-
cipes super omnem terram: memores
erunt nòminis tui, Dñe in omni progè-
nie, & generatiõne. **Secreta,**

Mvnera, Dñe, oblata sanctifica:
& intercedente beato Barnaba
apòstolo tuo: nos per hæc à peccatòrū
nostòrum maculis emūda. Per dñm.

Præfatio de Apostolis

Communio. Vos, qui secuti estis me

sedebitis super sedes: iudicantes duodecim filios Israël. **Postcommunio.**

Supplices te rogamus omnipotens Deus: vt quos tuis reficis sacramentis, intercedete beato Barnaba apostolo tuo, tibi etiam placatis moribus dignanter tribuas deseruire. Per Dñm.

12. **SANCTORUM MARTYRUM** Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij. **Introitus.**

8. **I**ntret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est.

Psalm. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. **V.** Gloria patri. **Oratio.**

Sanctorum martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, quaesumus, Domine, natalitia nobis votiuua resplendeant: & quod illis contulit excellentia sempiterna, fructibus nostrae deuotionis accerscat. Per Dominum nostrum.

Epistola. Rememoramini pristinos dies. **de com pluri mart.** fol. 15.

Gradiale. Vindica, Domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. **V.** Posuerunt mortalia seruorum tuorum, escas volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae. **A**lleluia, alleluia. **V.** Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & no-

mina eorum uiuent in generatione, & generationem, Alleluia.

Euangelium. Sedente Iesu super montem Oliueti. **de eodē com.** fol. 15.

Offertorium. Exultabunt sancti in gloria: laetabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum. **Ps. 149**

Secreta.

Pro sanctorum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij sanguine venerando, hostias tibi, Dñe soleniter immolamus, tua mirabilia pertractantes: per quem talis est perfecta victoria. Per Dominum.

Communio. Posuerunt mortalia seruorum tuorum, Dñe, escas volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitorum. **Ps. 78**

Postcommunio.

Semper, Domine, sanctorum martyrum tuorum Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, solennia celebrantes, praesta, quaesumus: vt eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per dñm.

INFESTO SANCTI
Basilij Episcopi & confessoris.

Die. 14

Introitus.



N Medio ecclesiae aperuit os eius, & impleuit eum dñs spiritu sapientiae, & intellectus: stolae gloriae indu-

Ecc. 15.

it eum. **Psalm.** Bonum est confite-

Ps. 19.

ri Dōmino: psallere nōmini tuō: altis-
sime. **G.** Glōria patri. **Oratio.**

Faudi, quæsumus, Dōmine, pre-
ces nostras: quas in beati Basilij
confessoris tui atque pontificis solen-
nitāte deferimus: & qui tibi dignè me-
ruit famulari, eius intercedētibus mē-
ritis ab omnibus nos absolue peccatis:
Per Dōminum nostrum.

Epistola. Testificor corā. **de cō-**
muni Doctorum. fol. 22.

Ps. 36.

Graduale. Os iusti meditabitur sa-
piētiam: & lingua eius loquētur iu-
diciū. **V.** Lex Dei eius in corde ip-
sius: & non supplantabuntur gressus

Ps. 88.

eius. **A.** Alleluia, alleluia. **V.** Inueni Da-
uid seruum meum: elec sancto meo
vōxi eum. Alleluia.

Sequentia sancti euangēlij
secūndum Lucam.

Ca. 14.

In illo tēpore: Dixit Iesus turbis.
Si quis venit ad me, & non odit pa-
trē suū & matrem, & vxōrem & fi-
lios, & fratres & sorōres, adhuc autem
& animam suam: non potest meus esse
discipulus. Et qui non baiulat crucem
suā, & venit post me: non potest meus
esse discipulus. Quis enim ex vobis
volens turrim adificāre, non prius se-
dens, cōputat sumptus qui necēssa-
rij sunt, si habeat ad perficiendum: ne
postquam posuerit fundamētum, &
non potuerit perficere, omnes qui vi-
dent, incipiant illudere ei, dicentes:
quia hic homo cœpit adificāre, & nō
pōtuit consummare? Aut quis rex itū-
rus committare bellū aduersus alium
regē, non sedens prius cōgitat, si of-

fit eum decem millibus occurrere ei,
qui cum viginti millibus venit ad se?
Alioquin adhuc illo longè agente, le-
gatiōnem mittens, rogat ea quæ pa-
cis sunt. Sic ergo, omnis ex vobis, qui
non renūciat omnibus quæ pōssidet:
non potest meus esse discipulus. Bo-
num est sal. Si autem sal quoque eua-
nuerit: in quo condiētur? Neque in ter-
ram, neque in sterquilinum vtile est,
sed foras mittētur. Qui habet aures
audiendi, audiat.

Dicitur Credo.

Offertorium. Vēritas mea, & mihi p̄s̄
sericōrdia mea cum ipso: & in nōmi-
ne meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Sancti Basilij confessoris tui atque
pontificis, quæsumus, Dōmine,
annua solēnnitas pietati tuæ nos red-
dat accēptos: vt per hæc piæ placatiō-
nis officia, & illum beāta retribūtio
comitētur, & nobis grātiæ tuæ dona
conciliet. Per Dōminum nostrum.

Communio. F idēlis seruus, & pru-
dens, quem constituit Dōminus su-
per familiam suam: det vt illis in tē-
pore tritici mensuram.

Postcommunio.

Deus, fidēlium remunerātor ani-
mārum, præsta: vt beati Basilij
confessoris tui atque pontificis cuius
venerandam celebrāmus festiuitatem
præcibus indulgētiā cōsequāmur.
Per Dōminum nostrum.

SANCTORVM MAR-
tyrū Vni, Modesti, atq; Crescentiæ.

Introitus.



Ultrā tribulatiōnes
iustōrum: & de his
ōmnibus liberāuit
eos Dōminus: Dō-
minus custōdit ōm-
nia ossa eōrum:
vnum ex his non conterētur.

Psalm. Benedicam Dōminum in
omni tēpore: semper laus eius in ore
meo. *¶* Glōria patri, & filio.

Oratio.

DA, Ecclesiā tuā, quæsumus, Dō-
mine, sanctis martyribus tuis
Vito, Modesto, atque Crescentia in-
tercedentibus, superbē nō sapere, sed
tibi placita humilitate proficere: vt
proterua despiciens, quæcūque ma-
tura sunt, libera exerceat charitate.
Per Dōminum nostrum.

Epistola. Iustificati ex fide. *de cō-
muni plurimor. mart.* fol. 16.

Graduale. Exultabūt sancti in glō-
ria: lætabuntur in cubilibus suis. *¶*
Cantate Dōmino canticum nouum:
laus eius in Ecclesia sanctōrum. *A*lle-
luia alleluia. *¶* Sancti tui, Dñe, bene-
dicent te: gloriā regni tui dicent, alia.

Euangelium. Qui vos audit. *de
eodem communi.* fol. 18.

Offertorium. Mirabilis Deus in sā-
ctis suis: Deus Israēl ipse dabit virtū-
tem, & fortitudinem plebi suæ: bene-
dictus Deus. *Secreta.*

Sicut gloriā diuinę potētię mū-
nera pro sanctis oblata testantur:
sic nobis effectum, Dōmine, tuę salua-
tiōnis impendant. Per Dōminum.

Communio. Iustōrum animæ in

manu Dei sunt: & non tanget illos
tormētum malitię: visi sunt oculis
insipientium mori: illi autem sunt in
pace.

Postcommunio.

Refecti, Dōmine, benedictiōne so-
lenni, quæsumus: vt, per interces-
siōnem sanctōrum martyrum tuōrū
Viti, Modesti, & Crescentiæ, medicī-
nā sacramēti, & corpōribus nostris
prosit, & mentibus. Per Dōminum.

**SANCTORVM MARTY-
rum Marci, & Marcelliani.**

Dic. 3.

Introitus.

Alus iustōrum à dō *Ps. 16.*
mino: & protector
eōrum est in tēp-
pore tribulatiōnis.

Psalm. Noli æmu- *Ibid.*
lari in malignanti-

bus: neque zelaueris facientes iniqui-
tatem. *¶* Glōria patri, & filio, & spī-
ritui sancto. *Oratio.*

Præsta, quæsumus, omnipotens
Deus: vt qui sanctōrum martyru-
tuōrum Marci & Marcelliani natali-
tia colimus: à cunctis malis imminē-
tibus, eōrum intercessiōnibus liberē-
mur. Per Dōminum nostrum Iesum
Christum filium tuum.

Epistola. Iustōrum animæ. *de cō-
muni plurimor. mart.* fol. 12.

Graduale. Iustōrum animæ in *Sad. 3.*
manu Dei sunt, & non tanget illos
tormētum malitię. *¶* Visi sunt ōcu-
lis insipientium mori: illi autem sunt
in pace. *A*lleluia, alleluia. *¶* Hęc
est vera fraternitas, quæ nunquam
pōtuit violari certamine: qui effu-
so

ſo ſanguine ſecuti ſunt Dóminum.
Alleluia.

Euangelium. Væ vobis qui ædifi-
catis. *de eodem cõmuni.* fol. 18.

Offertorium. Anima noſtra, ſicut
paſſer, erépta eſt de laqueo venantiũ:
laqueus contritus eſt, & nos liberati ſu-
mus. **Secreta.**

MVnera tibi, Dómine: dicata ſan-
ctifica: & intercedentibus ſan-
ctis mártiribus tuis Marco & Marcel-
liano, per eadem nos placatus inténde.
Per Dóminum noſtrum.

Mat. 19.

Communio. Amen dico vobis,
quod vos reliquiſtis ómnia, & ſecuti
eſtis me: centuplum accipiétis, & vi-
tam aternam poſidebitis.

Postcommunio.

Salutaris tui, Dómine, múnere ſa-
tiati, ſupplices exoramus: vt quo-
rum lætamur gultu, renouémur effe-
ctu. Per Dóminum.

D. 19.

**SANCTORVM MAR-
tyrum Geruaſij & Protasij.**

Introitus.

Pſ. 84



Loquétur Dómin⁹
pacem in plebem
ſuam, & ſuper ſanctos
ſuos: & in eos qui con-
uertuntur ad ipſum.

Ibicé.

Pſalm. Benedixiſti
Dómine, terram tuam, auertiſti cap-
tiuitatem Iacob. & Glória patri.

Oratio.

Deus, qui nos annua ſanctórum
mártirum tuórum Geruaſij &
Protasij ſolemmitate lætifica: concède
propitius: vt quorum gaudémus me

ritis, accendámur exemplis. Per Dó-
minum noſtrum Ieſum.

Epistola. Communicantes Chri-
ſti paſſionibus. fol. 7. *de cõmuni
vnius mart.*

Graduale. Glorióſus Deus in ſan-
ctis ſuis: mirabilis in maiestate, faciés
prodigia. & Dextera tua, Dómine,
glorificatus eſt in virtute: dextera ma-
nus tua confrégit inimicos. Alleluia.
alleluia. & Hæc eſt vera fraternitas,
quæ vicit mundi crimina: Chriſtum
ſecuta eſt, inclyta tenens regna cælé-
ſtia. Alleluia.

Euangelium. Deſcendens Ieſus
de monte. *de cõm. plur. mart.* fol. 14.

Offertorium. Lætámini in Dómi-
no, & exultáte iuſti: & gloriámini om-
nes recti corde, **Secreta.**

Oblatis, quæſumus, Dómine, pla-
câre muneribus: & interceden-
tibus ſanctis tuis, à cunctis nos defen-
de periculis. Per Dóminum noſtrum
Ieſum Chriſtum.

Communio. Poſuerunt mortalia
ſeruórum tuórum, Dómine, eſcas vo-
latilibus cœli: carnes ſanctórum ſuó-
rum béſtijs terræ: ſecundum magni-
túdinem brachij tui poſſide filios mor-
te punitórum.

Postcommunio.

Hæc nos commúnio, Dómine,
purget à crimine: & interceden-
tibus ſanctis mártiribus tuis Gerua-
ſio & Protasio, cæleſtis remédij faciat
eſſe conſortes, Per Dóminum.

**SANCTI SILVERII
Papæ & martyris. Iacónus**

Statuit



Tatuit ei Dómin⁹
testam⁹entum pa-
cis : & principem
fecit eum : vt fit illi
sacerdotij dignitas
in ætérnum. **Psal.**

Meménto Dómine Dauid, & omnis
mansuetúdinis eius. **✠. Gloria patri.**

Oratio.

Infirmítatem nostram réspice om-
nipotens Deus: & quia pondus pró-
priae acti⁹onis grauat, beati Siluerij
martyris tui atque pontificis intercé-
sio gloriósa nos prótegat. Per Dñm.

**Lectio epistolæ beati Iudæ
apóstoli.**

Charíssimi. Mémoires estóte ver-
bórum quæ prædicta sunt ab apó-
stolis Dómini nostri Iesu Christi: qui
dicebant vobis. Quoniam in nouissi-
mis témporibus venient illusores, se-
cúndum desidéria sua ambulantes in
impietátibus. Hi sunt qui segregant
semetípsos, animales, spíritum non
habentes. Vos autem charíssimi, su-
per ædificantes vosmetípsos sanctíssi-
mæ nostræ fidei, in Spíritu sancto orá-
tes, vosmetípsos in dilecti⁹ne Dei ser-
uáte: expectántes misericórdiam Dñi
nostri Iesu Christi in vitam ætérnam.

Graduale. Inuéní Dauid seruum
meū: óleo sancto meo vnxi eum: ma-
nus enim mea auxiliabitur ei, & brá-
chium meum confortábit eum. **✠:**
Nihil proficiet inimicus in eo: & filius
iniquitátis non nocébit ei. **Alleluia,**
alleluia. **✠.** Tu es Sacerdos in ætérnū,
secúndum ordinem Melchisedéc. **Alfa.**

Euangelium. Si quis venit ad me.
de communi vnus mart. pont. fol 3.

Offertorium. V⁹eritas mea, & mi-
sericórdia mea cum ipso: & in nómi-
ne meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Hostias tibi, Dómine, beati Siluē-
rij martyris tui atque pontificis
dicatas méritis benignus assúme: &
ad perpétuum nobis tribue proueni-
re subsidium. Per Dóminum.

Communio. Semel iuráui in san-
cto meo: semen eius in ætérnum ma-
nébit: & sedes eius sicut sol in conspé-
ctu meo: & sicut luna perfecta in ætér-
num, & testis in celo fidélis.

Postcommunio.

Refecti participati⁹ne muneris sa-
cri, quæsumus, Dómine Deus
noster: vt, cuius exequimur cultum,
sentiámus effectum. Per Dóminum.

SANCTI PAVLINI

Episcopi & confess.

Introitus.



Tatuit ei Dóminus te-
stamentum pacis, &
principem fecit eum
vt fit illi sacerdotij di-
gnitas in ætérnum.

Psalm. Mémento Dómine Dauid:
& omnis mansuetúdinis eius. **✠. Gló-
ria patri, & filio & spíritui sancto.**

Oratio.

DA, quæsumus, omnipotens De-
us: vt beati Paulini confessoris
tui atque pontificis veneranda solém-
nitas & deuoti⁹ne nobis áugeat, &
salútem. Per Dóminum.

Lectio

**Lectio epistolæ beati Pauli apô-
stoli ad Corinthios.**

Ca. 8. **F**ratres: Scitis gratiã Dõmini no-
stri Iesu Christi: quoniam prop-
ter vos egẽnus factus est, cum esset di-
ues: vt illius inopia vos diuites essetis.
Et consilium in hoc do. Hoc enim vo-
bis vtile est: qui non solum facere, sed
& vel le cœpistis ab anno priõre. Nunc
veró, & facto perficite: vt quemadmo-
dum promptus est animus voluntã-
tis: ita sit & perficiendi ex eo quod ha-
bẽtis. Si enim voluntas prompta est:
secundum id quod habet, accepta est,
non secundũ id quod non habet. Non
enim vt alijs sit remissio, vobis autem
tribulatio: sed ex æqualitate. In præ-
senti tempore, vestra abundantia, illõ-
rum inopiam suppleat: vt & illõrum
abundantia vestræ inopiæ sit supple-
mentum, vt fiat æqualitas, sicut scri-
ptum est. Qui multum, non abundã-
uit: & qui modicum, non minorauit.

Ec. 144 **Graduale.** Ecce sacerdos mag-
nus, qui in diẽbus suis placuit Deo.

Ps. 9 **¶** Non est inuentus similis illi, qui
conseruaret legem excelsi. **Alleluia,**
alleluia. **¶** Tu es sacerdos in æternũ
secundum ordinem Melchisedec. **Al-
leluia.**

Euangelium. Nolite timere pusil-
lus grex. **de communi Confessoris
non pont.** fol. 26.

Ps. 88. **Offertorium.** Inueni David ser-
uum meũ: oleo sancto meo vnxi eũ:
manus enim mea auxiliabitur ei, &
brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Sancti tui, quæsumus, Dõmine,
nobis vbique lætificent: vt dum eõ-
rum mērita recõlimus, patrociniã sen-
tiãmus. Per Dõminum nostrum.

Cõmunio. Fidelis seruus & prudens
quem constituit Dõminus super fami-
liã suã: vt det illis in tempore tri-
tici mensuram. **Postcõmunio.**

Præsta, quæsumus, omnipotens
Deus: vt, de perceptis munēribus
gratias exhibentes, intercedente bea-
to Paulino cõfessore tuo atque pon-
tifice, beneficia potiõra sumãmus. Per
Dõminum nostrum Iesum.

**IN VIGILIAS ANCTI ID
Ioannis Baptistæ. Introitus.**



Et timeas Zacharia
exaudita est oratio
tua, & Elisabeth
vxor tua pariet ti-
bi filium: & voca-
bis nomen eius Io-

annem: & erit magnus coram Domi-
no: & spiritu sancto replēbitur, adhuc
ex vtero matris suæ: multi in natiuitã
te eius gaudebunt. **Psalmus.**

Domine in virtute tua lætabitur rex
& super salutãte tuum exultabit vehe-
mēter. **¶** Glõria **Oratio.**

Præsta, quæsumus, omnipotens
Deus: vt familia tua per viã sa-
lũtis incēdat: & beati Ioannis præcur-
soris hortamenta sectando, ad eum
quem prædixit, secũra peruēniat, Dõ-
minum nostrum Iesum Christum fili-
um tuum Qui tecum viuit & regnat.

Secunda Oratio de sancta Maria.
Concède. Tertia, Ecclesiæ. vel pro

Papa. Deus omnium.

Lectio Hieremie Prophete.

In diebus illis: Factum est verbum Domini ad me, dicens. Priusquam te formarem in utero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te: & prophetam in gentibus dedi te. Et dixi a, a, a, Domine Deus: ecce, nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dominus ad me. Noli dicere, puer sum: quoniam ad omnia quae mittam te, ibis: & vniuersa quae mandauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia ego tecum sum, vt eruam te, dicit Dominus. Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna: vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipas, & aedifices, & plantes. Dicit Dominus omnipotens.

Graduale. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. ✠. Hic venit vt testimonium perhiberet de lumine, parare Domino plebem perfectam.

**Initium sancti euangelij
secundum Lucam.**

Fuit in diebus Herodis regis Iudaeae, sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen illius Elisabeth. Erat autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela: & non erat illis filius: eo quod Elisabeth esset sterilis: & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem:

cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suae ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exijt, vt incensum poneret, ingressus in templum Domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris, hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus. Ne timias, Zachariae quoniam exaudita est deprecatio tua. Et vxor tua Elisabeth pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Ioannem. Et erit tibi gaudium & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino: vinum & siceram non bibet. Et spiritu sancto replebitur, adhuc ex utero matris suae: & multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum. Et ipse praecedet ante illum in spiritu & virtute Eliae: vt conuertat corda patrum in filios: & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam.

Offertorium. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Ps. 80.

Secreta.

Mvnera, Dne, oblata sanctifica: & intercedente beato Ioanne Baptista, nos per haec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dnm.

Communio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magni decore impones super eum Domine. Ps. 20.

Postcommunio.

BEATI Ioannis Baptistæ nos, Dómine, præclára comitétur oratio: & quem ventúrum esse prædixit: poscat nobis fore placátum Dòminum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.

Dic. 24

INNATIVITATE**Sancti Ioannis Baptistæ. Introitus.**

Isai. 49



DE ventre matris meæ vocáuit me Dòminus nòmine meo, & pòsuit os meum vt gladium acútum: & sub tegu-

ménto mánus suæ protéxit me: & pòsuit me quasi sagitam electam.

Psa. 91.

Psalm. Bonum est confitéri Dòmino, & psallere nómini tuo altíssime.

Gloria patri &, filio.

Dicitur Gloria in excelsis. Oratio.

DEus, qui presentem diem honorabilem nobis in beati Ioannis Natiuitate fecisti: da pópulis tuis spiritualium grátiam gaudiórum: & ómnium fidelium mentes dirige in viá salutis æternæ. Per Dòminum.

Lectio Iaiæ propheta.

Ca. 49

HÆc dicit Dòminus: Audíte insula, & attendite pópuli de longè.

Dòminus ab vtero vocáuit me: de ventre matris meæ, recordatus est nóminis mei. Et pòsuit os meum quasi gladium acútum. In vmbra manus suæ protéxit me: & pòsuit me quasi sagitam electam. In pharetra tua abscondit me: & dixit mihi. Seruus meus es tu, Israël: quia in te gloriabor. Et nūc hæc dicit Dòminus, formans me ex

vtero seruum sibi. Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extrémum terræ. Reges videbunt, & còsurgent principes, & adorabunt Dòminum Deum tuum, & sanctum Israël, qui elegit te.

Graduale. Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre, sanctificaui te. **¶** Misit Dòminus manum suam, & tétigit os meum: & dixit mihi. **Alleluia, alleluia.** **¶** Tu puer Propheta altíssimi vocáberis: præibit ante Dòminum parare vias eius. **Alleluia.**

Sequentia sancti euangélii secundum Lucam.

ELisabéth implétum est tempus pariendi: & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit Dòminus misericordiam suam cū illa: & congratulabatur ei. Et factū est: in die octauo venerunt circumcidere púerum: & vocabant eum nómine patris sui, Zacharia. Et respòdens mater eius, dixit. Nequáquam: sed vocabitur Ioánes. Et dixerunt ad illam: quia nemo est in cognatióne tua, qui vocétur hoc nómine. Innuébant, autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit dicens. Ioánes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apértum est autem illico os eius, & lingua eius: & loquebatur, benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eórum: & super ómnia montána iudeæ divulgabatur ómnia verba hæc. Et posuerunt omnes qui audierant, in corde suo, di-

cētes. Quis, putas, puer iste erit? Et enim manus Dōmini erat cū illo. Et Zacharias pater eius replētus est Spirītu sancto: & prophetāuit dicens. Benedictus Dñs Deus Israēl: quia visitāuit & fecit redemptiōnem plebis suæ.

Non dicitur Credo. nisi venerit in Dominica: aut infra octauam corporis Christi: vel in ecclēsia propria: sed in octaua dicitur, propter octauā apostolorum.

Offertorium. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus, quæ in Libano est, multiplicabitur. **Secreta.**

Tva, Dōmine, muneribus altaria cumulāmus: illius natiuitatē honōre debito celebrantes: qui saluatorem mundi, & cecinit affutūrum, & adesse monstrāuit, Dōminum nostrū Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.

Cōmunio. Iu puer, prophēta altissimi vocābitis: præibis enim ante faciem Dñi parare vias eius. **Postcōm.**

Sumat ecclēsia tua Deus beāti Ioānis Baptistæ generatiōne lætitiā per quem suæ regeneratiōnis cognōuit auctōrem Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum.

Infra octauam sancti Ioannis Baptistæ, & ipso die octauæ fit idem officium, quod in die. Sed infra octauā post orationem diei, dicitur secunda Oratio de sancta Maria. Concēde. tercia contra persecutores Ecclēsiæ, vel pro Papa.

INFESTO SANCTORVM
martyrum Ioannis & Pauli

Introitus.



Vltæ tribulatiōnes iustōrum: & de his omnibus liberāuit eos Dñs: Dñs custōdit omnia ossa eōrum vnum ex

his non conterētur. **Psalm.** Benedicam Dōminum in omni tēpore: sēper laus eius in ore meo. **Gloria.**

Oratio.

Quæsumus, omnipotens Deus: vt nos gemināta lætitiā hodiernæ festiuitatis excipiat, quæ de beatorū martyrum Ioānis & Pauli glorificatiōne procedit: quos eadē fides & passio, verè fecit esse germanos. Per dñm.

Secunda Oratio de sancto Ioanne tercia de sancta Maria, Concēde.

Epistola. Hi sunt viri misericordiæ. vt in octaua apostolorū Petri & Pauli. fol. 144.

Graduale. Ecce quā bonum, & quā iucūndum, habitāre fratres in vnum. **¶** Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbā, barbā Aarō. **Alleluia, alleluia. ¶** Hęc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secūta est, inclyta tenens regna cælestia. **Alleluia.**

Euangelium. Attēdite à fermento Phariseōrum. de communi plurimorum martyrum. fol. 18.

Offertorium. Gloriantur in te omnes, qui diligunt nomen tuū: quoniam tu Dōmine benedices iusto: Dōmine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ, coronasti nos. **Secreta.**

Hōstias

Hostias tibi, Dómine, sanctorum
martyrum tuorum Ioannis &
Pauli dicatas meritis benignus assu-
me: & ad perpetuum nobis tribue pro-
uenire subsidium. Per Dóminum.

Sap. 3.

Communio. Et si coram homi-
nibus tormenta passi sunt, Deus ten-
tavit eos: tanquam aurum in fornace
probavit eos: & quasi holocausta accé-
pit eos. **Postcommunio.**

Sumpsimus, Dómine, sanctorum
martyrum tuorum Ioannis & Pau-
li solennia celebrantes, sacramenta cæ-
lestia: præsta, quæsumus: ut, quod té-
poraliter gerimus, æternis gaudijs cõ-
sequamur. Per Dóminum.

**Si sequens festum sancti Leonis ve-
nerit in Dominica, transfertur post
octavã Apostolorum: & Missa dicitur
de Dominica, cum cõmemoratione
sancti Ioannis: & vigilia Apostolorum
fit in sabbato, Quocumq; verò alio die
venerit, fit de festo cum commemo-
ratione sancti Ioannis, & vigiliæ. In ec-
clesijs autem collegiatis dicuntur duæ
Missæ, vna de festo, cum commemo-
ratione sancti Ioannis, & sanctæ Mariæ.**

Dic. 28

**In festo. S. Leonis Papæ, & confes-
sor. Missa. Sacerdotes tui, de cõmu-
ni. fol. 20. præter orationem quæ di-
citur vt infra. Oratio.**

Deus, qui beatum Leõnem ponti-
ficem tuum, sanctorum tuorum
meritis cõæquasti: concède propitius
vt, qui commemoratiõnis eius festa
percolimus, vitæ quoque imitemur
exempla. Per Dóminum.

Secreta.

Annue nobis, quæsumus, Dómi-
ne: vt, intercessiõne beati Leõnis
hec nobis profit oblatio: quam immo-
lando totius mundi tribuisti relaxari
delicta. Per Dñm. **Postcõmunio.**

Deus, qui animæ famuli tui Leõ-
nis æternæ beatitudinis præmia
contulisti: concède propitius: vt, qui
peccatorum nostrorum pondere pre-
mimur, eius apud te precibus subleuè-
mur. Per Dóminum nostrum.

**IN VIGILIA APOSTO-
LORUM PETRI & PAULI. Introitus.**



Dicit Dóminus Petro: I-
cũm esses iunior, cin-
gebas te, & ambulabas
vbi volebas: cum au-
tem senueris, extendas
manus tuas, & alius te cinget, & du-
cet quò tu non vis: hoc autem dixit,
significans, qua morte clarificaturus
esset Deum. **Psalmus.**

Coeli enarrant gloriam Dei: & ó-
pera manuum eius annunciat firma-
mentũ. **Gloria patri. Non dicitur
Gloria in excelsis Deo. Oratio.**

Præsta, quæsumus, omnipotens
Deus: vt nullis nos permittas per-
turbatiõibus cõcuti: quos in apostó-
licæ confessiõnis petra solidasti. Per.

**Secunda oratio de. S. Maria, Con-
cède. Tertia Ecclesia, vel pro Papa.
Lectio actuum apostolorum.**

In diebus illis. Petrus & Ioannes as-
cendebant in templum, ad horam
oratiõnis nonam. Et quidam vir, qui
erat claudus ex utero matris suæ, baiu-
labatur: quæ ponebat quotidie ad por-

tam templi, quæ dicitur Speciôsa, vt pèteret eleemôsynam ab introeuntibus in templū. Is cum vidisset Petrū & Ioannem incipientes introire in templum: rogabat, vt eleemôsynā acciperet. Intuens autem in eum Petrus cū Ioanne, dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos. sperans se aliquid accepturū ab eis. Petrus autē dixit Argentū & aurū non est mihi: quod autē habeo. hoc tibi do. In nōmine IESV Christi Nazarenī surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextra, alleuauit eum: & protinus consolidatæ sunt bases eius & plātæ. Et exiliēs stetit, & ambulabat: & intrāuit cum illis in templum ambulans, & exiliēs, & laudans Deum. Et vidit omnis pōpulus eum ambulāntem, & laudantē Deum. Cognoscebant autem illum, quoniam ipse erat qui ad eleemôsynam sedēbat ad Speciôsam portam templi: & replēti sunt omnes stupōre & extasi, in eo quod contigerat illi.

Graduale. In omnem terram exiuit sonus eōrum: & in fines orbis terræ verba eōrū. **V.** Cœli enarrant glōriam Dei: & ōpera manuum eius annūntiat firmamētum.

**Sequētia sancti euangēlij
secundum Ioannem.**

In illo tempore: Dixit Iesus Simōni Petro. Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam Dñe: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Ioannis diligis me? Ait illi: Etiam Dñe: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos

meos. Dicit ei tertio. Simon Ioannis amas me? Cōtristatus est Petr⁹, quia dixit ei tertio, amas me: & dixit ei Dñe tu ōmnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen, amen dico tibi: cūm esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas. Cum autem senūeris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quō tu nō vis. Hōc autē dixit, significans, qua morte esset clarificaturus Deum.

Offertorium. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorū. Ps. 138.

Secreta.

M vnus pōpuli tui, quæsumus, domine, apostolica intercessione sanctifica: nosque à peccatorū nostrorum maculis emūnda. Per Dōminum.

Communio. Simon Ioannis diligis me plus his? Domine, tu ōmnia nosti: tu scis Dōmine, quia amo te. Ioā. 21.

Postcommunio.

Q vos cælisti, Dōmine, alimentato satiasti: apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per Dōminum nostrum.

IN FESTO APOSTOLO Die. 29
rum Petri & Pauli. **Introitus.**



Nescio verè, quia amittit Dōminus angelū suum: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. **Psal.** Dōmine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionē meam

meam. *V.* Glória patri. *Oratio.*

Deus, qui hodiernam diem apostolorum tuorum Petri & Pauli martyrio consecrasti: da ecclesie tuæ, eorum in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordiū. Per Dñm nostrum.

Et non fit commemorat. de sancto Paulo: quia oratio est communis: nec Oduæ sancti Ioannis Baptistæ.

Lectio actuum apostolorum.

Cap. 12 **I**n diebus illis: Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobū fratrem Ioannis gladio. Videns autē quia placēret Iudæis, appōsuit vt apprehēderet & Petrum. (Erant autē dies Azymorum.) Quem cū apprehēdisset, misit in carcerem: tradēs quatuor quaternionibus militum custodiendum: volens post Pascha producere eū pōpulo. Et Petrus quidam seruabatur in carcere. Oratio autē fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cū autem producturus eum esset Herodes: in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostiū custodiēbant carcerem. Et ecce, angelus Dñi astitit: & lumen refulsit in habitaculo. Percussioque latere Petri, excitauit eum, dicens. Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem Angelus ad eum. Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic: & dixit illi. Circūda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum: & ne-

sciēbat, quia verū est quod fiebat per angelū. Existimabat autem se visum vidēre. Transcūtes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream quæ ducit ad ciuitatem: quæ vltro apēta est eis. Et exeūtes, processerunt vicum vnum: & continuo discēssit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuēsus, dixit. Nūc scio verē, quia misit Dñs angelum suum: & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nōminis tui Dōmine. *V.* Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea pōpuli confitebuntur tibi.

Alleluia, alleluia. *V.* Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

In illo tempore: Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptistā: alij autem Eliam: alij verō Hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus. Vos autē quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit. Tu es Christus filius Dei viui Respondēs autē Iesus, dixit ei. Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram, ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præ-

ualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves regni celorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcunque solueris super terram erit solutum & in caelis. **Credo.**

44 **Offertorium.** Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine, in omni progenie & generatione.

Secreta.

Hostias, Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas & defendi. Per Dñm.

Præfatio de Apostolis: & dicitur per totam Octauam.

Communio. Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. **Postcommunio**

Qvos caelesti, Dñe, alimento satiasti: apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dñm.

IN COMMEMORATIO
ne sancti Pauli. Introitus.



Scio, cui credidi, & certus sum, quia potes est depositum meum seruare in illum diem, iustus iudex. **Psal.** Domi-

ne probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **Gloria patri.**

Oratio.

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli apostoli prædicatione docuisti: da nobis, quesumus, ut cuius uita colimus, eius apud te pa-

trocina sentiamus. **Per Dominum.**

Et fit commemorat. de beato Petro.

Oratio.

Deus, qui beato Petro apostolo tuo collatis clauibus regni caelestis, animas ligandi, atque soluendi potestatem tradidisti: concede: ut intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. **Qui uiuis.**

Deinde fit comem. sancti Iohannis præterquam in Ecclesia propria sancti Pauli. Oratio. Deus qui presentem diem.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Galatas.

Fratres: Notum uobis facio euangelium, quod euangelizatum est à me: quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accēpi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi. Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo: quoniam supra modum persequebar ecclesiam Dei: & expugnabam illam: & proficiebam in Iudaismo supra multos coetaneos meos, in genere meo: abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum, Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni & sanguini. Neque ueni Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abi in Arabiam, & iterum reuersus sum Damasum. Deinde post annos tres ueni Hierosolymam uidere Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem

Cap. 1.
aposto

apostolorum vidi neminem: nisi Iacobum fratrem Domini. Quae autem scribo vobis: ecce coram Deo, quia non mentior.

Gal. 5. **Graduale.** Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est & mihi inter gentes: & cognouerunt gratiam Dei, quae data est mihi. **Ps.** Gratia Dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. **Alleluia, alleluia.** **Ps.** Sancte Paule apostole, praedicator veritatis, & doctor gentium: intercede pro nobis. **Alleluia.**

1Co. 15. **Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.**

Mat. 10. **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Ecce, ego mitto vos, sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: & simplices sicut columbae. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad praesides & reges ducemini propter me, in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem: & pater filium. Et in surgent filij in parentes: & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseverauerit usque in finem: his saluus erit.

Dicitur Credo.

Ps. 138. **Offertorium.** Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis

confortatus est principatus eorum.

Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus, Domine, plebis tuae dona sanctifica: ut, quae tibi tuo grata sunt instituta, gratiora fiant patrocinio supplicatis. Per Dominum.

Pro beato Petro. Secreta.

Ecclēsiae tuae, quaesumus, Domine, preces & hostias beati Petri apostoli tui commendet oratio: ut quod pro illius gloria celebramus, nobis proficit ad veniam. Per Dominum.

Pro sancto Iohanne. Secreta. Tua Domine. Praefatio de Apostolis.

Cōmunio. Amen dico vobis quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam aeternam possidebitis. **Postcōmunio.**

Preceptis, Domine, sacramentis, beatis apostolis interuenientibus deprecamur: ut quae pro illorum celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

Pro beato Petro. Postcōmunio.

Lætificet nos, Domine, munus oblatum: ut, sicut in apostolo tuo Petro te mirabilem praedicamus: sic per illum tuae sumamus indulgentiae largitatem. Per Dominum.

Pro sancto Iohanne, Postcōmunio. Sumat ecclesia.

FESTA IULII.

In Octava sancti Iohannis Baptistae dicitur Missa, ut in die cum commemoratione apostolorum, ut supra & in ea dicitur Credo.

IN FESTO VISITATIONIS BEATAE MARIE VIRGINIS.

Intra.

Introitus.



Alue sancta parēs,
enixa puerpera re-
gem: qui cælū ter-
ramq; regit in sæ-
cula sæculōrum.

Psal. Eructauit cor

meum verbum bonum: dico ego ope-
ra mea regi. *Ps.* Gloria. *Oratio.*

F Amulis tuis, quesumus, Domine
cælēstis gratiæ munus impertire:
vt, quibus beatæ virginis partus exti-
tisse salutis exordium, visitationis eius
votiuā solennitas, pacis tribuat incre-
mentum. Per Dōminum.

*Pro commemoratione sanctorum
apostolorum Petri & Pauli.*

Oratio.

D Eus, qui hodiernam diem apo-
stolorum tuorum Petri & Pauli
martyrio consecrasti: da ecclesiæ tuæ,
eorum in omnibus sequi præceptum,
per quos religionis sumpsit exordiū.
Per Dōminum nostrum.

*Pro commem. sanctorum martyr.
Procelsi & Martiniani. Oratio.*

D Eus, qui nos sanctorum marty-
rum tuorum Procelsi & Marti-
niani gloriosis confessionibus circū-
das & protegis: da nobis, & eorū imi-
tatione proficere, & intercessionē gau-
dere. Per Dōminum nostrum.

Lectio libri Sapientiæ.

E Cce iste venit saliens in monti-
bus, transiens colles. Similis est
dilectus meus capræ, hinnuloq; cer-
uorum. En ipse stat post parietem no-
strum, respiciens per fenestram, prospici-

ciens per cancellos. En dilectus meus
loquitur mihi. Surge, propera amica
mea, columba mea, formosa mea: &
veni iam enim hiems transijt, imber
abiit, & recessit. Flores apparuerunt in
terra nostra: tempus putationis aduen-
nit. Vox turturis audita est in terra no-
stra: ficus protulit grossos suos: vineæ
florentes dederunt odorem suum. Sur-
ge propera amica mea, speciosa mea:
& veni. Columba mea in foraminibus
petræ, in cauerna maceræ, ostende
mihi faciem tuam: sonet vox tua in
auribus meis. Vox enim tua dulcis, &
facies tua decora.

*Graduale. Benedicta & venerabi-
lis es virgo Maria: quæ sine tactu pu-
doris inuenta es mater saluatoris. Ps.*

Virgo Dei genitrix, quem totus non
capit orbis, in tua se clausit viscera fa-
ctus homo. Alleluia, alleluia. *Ps.* Fe-
lix es sacra virgo Maria, & omni lau-
de dignissima: quia ex te ortus est sol-
iustitiæ. Alleluia.

*Sequentia sancti euangelij
secundum Lucam.*

I N illo tempore: Exurgens Maria, *Cep. 1.*
labijt in montana cum festinatione
in ciuitatem Iuda: & intrauit in do-
mum Zachariæ: & salutauit Elisa-
beth. Et factum est: vt audiuit saluta-
tionem Maria Elisabeth: exultauit in-
fans in utero eius. Et repleta est Spi-
ritu sancto Elisabeth: & exclamauit
voce magna, & dixit, Benedicta tu in-
ter mulieres: & benedictus fructus ve-
tris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat
mater Dñi mei ad me? Ecce enim, vt
lacta

facta est vox saluatationis tuæ in auri-
bus meis: exultauit in gaudio infans
in utero meo. Et beata, quæ credidi-
sti: quonia perficientur ea, quæ dicta
sunt tibi à Dño. Et ait Maria Magnifi-
cat anima mea Dñm. Et exultauit spi-
ritus meus in Deo salutari meo.

Dicitur Credo.

Offertorium. Beata virgo Maria,
quæ omnium portasti creatorem: ge-
nuisti qui te fecit, & in æternum per-
manes virgo. **Secreta.**

Virginitati tue, Dñe, nobis succur-
rat humanitas: vt qui natus de
virgine, matris integritatem non mi-
nuit, sed sacravit, in Visitationis eius
solennijs nostris nos piaculis exuens,
oblationem nostram sibi faciat accep-
tam Iesus Christus Dominus noster.
Qui tecum viuit.

**Pro comem. sanctorum apostolo-
rum Petri & Pauli. Secreta.**

Hostias, Domine, quas nomini
tuo sacrandas offerimus, aposto-
lica prosequatur oratio: per quam nos
expiari tribuas, & defendi.

**Pro comem. sanctorum marty-
rum Processi & Martiniani. Secreta.**

Suscipe, Domine, preces & mune-
ra: quæ, vt tuo sint digna conspè-
ctu, sanctorum tuorum precibus adiu-
uamur. Per Dominum.

Communio. Beata viscera Ma-
riæ virginis: quæ portauerunt æterni
patris filium. **Postcommunio.**

Sumpsimus, Dñe, celebritatis an-
nuæ votiuæ sacramenta: præsta,
quæsumus: vt téporalis vitæ nobis re-

média præbeant, & æternæ. Per dñm.
**Pro comem. sanctorum apostolorum
Petri & Pauli. Postcommunio.**

Quos cælesti, Domine, alimento
satiasti: apostolicis intercessio-
nibus ab omni aduersitate custodi.

**Pro comem. sanctorum marty. Processi
& Martiniani. Postcommunio.**

Corporis sacri, & preciosi sangui-
nis replenti libamine, quæsumus,
Domine Deus noster: vt, quod pia de-
uotione gerimus, certa redemptione
capiamus. Per eundem Dominum.

INFRA OCTAVAM.

**Sanctorum apostolorum Petri & Pauli.
Introitus.**



Ihi autem nimis **Ps.**
honorati sunt ami-
ci tui Deus: nimis
cōfortatus est prin-
cipatus eorū. **Psal.**

Domine probasti
me, & cognouisti me: tu cognouisti
lesionem meam, & resurrectionem
meam. **Glória. Oratio.**

Deus, qui hodiernam diem apo-
stolorum Petri & Pauli martyrio
consecrasti: da ecclesiæ tuæ, eorum in
omnibus sequi præceptum: per quos
religionis sumpsit exordiū. Per Dñm.

**Secunda Oratio de S. Maria. Cō-
cède, tercia Ecclesiæ. vel pro Papa.
Lectio actuum apostolorum.**

In diebus illis: Per manus aposto-
lorum fiebant signa & prodigia mul-
ta in plebe. Et erat vnanimiter omnes
in porticu Salomōnis. Catero autem
nemo audēbat se coniungere

illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo, virorum ac mulierum: ita ut in plateis eicerent infirmos, & ponerent in lectulis, & grabbatis: ut veniente Petro, saltem vni brillius obumbraret quenquam illorum: & liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrēbat autem & multitudo vicinarum ciuitatum, Hierusalem: afferentes agros, & vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes.

Graduale. Constitue eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine. **Ps.** Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. **Alleluia, alleluia.** **Ps.** Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, Alleluia.

Euangelium. Ecce nos reliquimus omnia. **de communi pro Abbatibus.** fol. 27. **Dicitur Credo,**

Offertorium. In omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis terrae verba eorum. **Secreta.**

Hostias, Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, & defendi. Per Dñm.

Secunda Oratio, Tua Domine. **Tertia, P**rotege. **vel Oblatis.**

Præratio de Apostolis.

Cōmunio. Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israël. **Postcōm**

Quos cælesti, Domine, alimento satiasti, apostolicis intercessio-

nibus ab omni aduersitate custodi. Per Dominum nostrum.

Secunda Oratio, Sumptis Dñe.

Tertia. Quæsumus. **vel H**æc nos.

INOCTAVA APOSTO Die. 6.

lorum Petri & Pauli. Introitus.



Sapientiam sanctorum Ec. 44
narrent populi & laudes eorum nuntiet ecclesia: nomina autem eorum viuent in sæculum sæculi.

Psalmus.

Ps. 32.

Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. **Ps.** Gloria patri.

Oratio.

Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulans in fluctibus, ne mergeretur, erexit: & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem, profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede: ut amborum meritis, æternitatis gloriam consequamur. Qui viuis & regnas.

Lectio libri Sapientie.

Hi sunt viri misericordie quorum Ec. 44
iustitie oblationem non acceperunt. Cum semine eorum permanet bona: hæreditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum: & filij eorum propter eos in æternum manent. Generatio eorum, & gloria eorum, non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: & semina eorum viuent in secula. Sapientiam eorum narrent omnes populi: & laudem eorum pronunciet omnis ecclesia sanctorum.

Graduale. Iustorum animæ in manu

Sap. 3.

manu Dei sunt: & non tanger illos tormentum malitiæ. **Ps.** Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. **Luc. 8.** Alleluia, alleluia. **Ps.** Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono vobis regnum, ut sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israël, alleluia.

**Sequentia sancti euangelij
secundum Mattheum.**

Ca. 14. **I**n illò tempore: Iussit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum transfretum, donec dimittere turbas. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos, ambulans super mare. Et videntes eum supra mare ambulantem, turbati sunt dicentes: quia phantasma est. Et præ timore clamauerunt. Statimque locutus est eis Iesus, dicens. Habete fiduciam: ego sum: nolite timere. Respondens autem Petrus dixit. Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Iesum. Videns vero ventum validum, timuit. Et cum cepisset mergi, clamauit dicens. Domine, saluum me fac. Et continuo extendens Iesus manum, apprehendit eum: & ait illi Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum

dicentes. Verè filius Dei es.

Dicitur Credo.

Offertorium. Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in faucibus eorum.

Secreta.

Offerim tibi Domine, preces & munera: que, ut tuo sint digna conspectu, apostolorum tuorum Petri & Pauli precibus adiuuemur. Per Dominum.

Præfatio de Apostolis.

Communio. Iustorum animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitiæ: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

Postcommunio.

Protege, Domine, populum tuum & apostolorum tuorum Petri & Pauli patrocinio confidentem, perpetua defensione conserva. Per Dominum.

**IN FESTO SANCTORVM
Martyrum Septem fratrum, ac Rufinae & Secundæ virginum &
martyrum. Introitus.**



Iaudate pueri Dominum, laudate nomen Domini: qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum

lactantem.

Psalmus.

Sit nomen Domini benedictum, ex hoc, nunc, & usque in sæculum. **Ps.** Gloria patri.

Oratio.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus pios apud te in nostra intercessionem sentiamus. Per Dominum.

*Epistola. Mulierem fortem, de-
communi nec virginum nec marti-
rum. fol. 34.*

23. *Graduale.* Anima nostra, sicut
passer, erepta est de laqueo venantiu.
V. Laqueus contritus est, & nos libe-
rati sumus: adiutorium nostrum in
nomine Domini, qui fecit caelum &
terram. *A.* Alleluia, alleluia. *V.* Hec est
vera fraternitas quae vicit mundi cri-
mina: Christum secuta est, inclyta te-
nens regna caelestia. Alleluia.

*Sequentia sancti euangelij
secundum Mattheum.*

12. *I*n illo tempore: Loquente Iesu ad
turbas, ecce mater eius & fratres sta-
bant foris, quærentes loqui ei. Dixit
autem ei quidam. Ecce mater tua &
fratres tui foris stant, quærentes te. At
ipse respondens dicenti sibi, ait. Quæ-
rit mater mea, & qui sunt fratres mei?
Et extendens manum suam in discipu-
los suos, dixit. Ecce mater mea, & fra-
tres mei. Quicumque enim fecerit volun-
tatem patris mei qui in caelis est: ipse
meus frater, & soror, & mater est.

3. *Offertorium.* Anima nostra, sicut
passer, erepta est de laqueo venantiu:
laqueus contritus est, & nos liberati
sumus.

Secreta.

*S*acrificijs presentibus, quæsumus
Domine, intende placatus: & in-
tercedentibus sanctis tuis, deuotioni
nostrae proficiant, & saluti. Per Dñm.

6 *Communio.* Quicumque fecerit
voluntatem patris mei, qui in caelis
est: ipse meus frater, & soror, & ma-
ter. *V.* Sic ait Dominus.

Postcommunio.

*Q*uæsumus, omnipotens Deus:
vt intercedentibus sanctis tuis,
illius salutaris capiâmus affectu, cuius
per hæc mysteria pignus accepimus.
Per Dominum nostrum.

SANCTI Pij Papæ & martyris *Die. 11.*
*Missæ. Scruuit ei Dominus. vt in cõ-
muni vnus mart. pont. fol. 2.*

SANCTORVM Martyrum *Die. 12.*
Naboris & Felicis, Missæ. Intret in
*conspectu tuo. de communi plurimo-
rum martyrum. fol. 12. præter oratio-
nem, quæ dicitur vt infra. Oratio.*

*P*ræsta, quæsumus, Domine: vt, si-
cut nos sanctorum martyru tuõ-
rum Naboris & Felicis natalitia cele-
branda non deserunt: ita iugiter suf-
fragijs comitentur. Per Dominum.

Secreta.

*M*vnera plebis tuæ, quæsumus,
Domine, sanctorum martyru
tuorum Naboris & Felicis fiant grata
suffragijs: & quorum triumphis tuo
nomini offeruntur: ipsoru digna per-
ficiantur, & meritis. Per Dominum.

Postcommunio.

*N*atalitijs sanctorum tuõru, quæ-
sumus. Domine, & sacramen-
ti munere vegetati: bonis, quibus per
tuam gratiam nunc fouemur, perfruâ-
mur æternis. Per Dominum.

In festo sancti Anacleti Papæ & *Die. 14.*
martyris. Missæ. Sacerdotes Dei. de
cõmuni vnus mart. pont. fol. 3.

*IN FESTO SANCTI BO-
nauenturæ Episcopi & con-
fessoris. Introitus.*

Die. 15.

Psal.



Acerdotes tui, Dómine, induát iustitiam: & sancti tui exúltent: propter David seruū tuum, non auértas faciem

Ibidé. Christi tui. **Psal.** Meménto, Dómine, David, & omnis mansuetúdinis eius. ✠ Glória patri. **Oratio.**

EXaudi, quæsumus, Dómine, preces nostras: quas in beati Bonauenturæ confessoris tui atque pontificis solennitate defèrimus: & qui tibi digné mèruit famulari, eius intercedéntibus mèritis, ab ómnibus nos absolue peccáti. Per Dóminum.

Epistola. Testificor coram Deo. **d. communi Doctorum.** fol. 22.

Graduale. Os iusti meditábitur sapientiam, & lingua eius loquétur iudicium. ✠ Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. **Alleluia, alleluia.** ✠ Iurauit dóminus, & non pœnitêbit eum: tu es Sacerdos in ætèrnum secúndum ordiné Melchisedec. **Alleluia.**

Euangelium. Homo quidam pè regrè. **d. communi confessorum pòt. h. c.** fol. 19.

Psal.

Offertorium. Vèritas mea, & misericórdia mea cum ipso: & in nómine meo exaltábitur cornu eius.

Secreta.

Sancti Bonauenturæ confessoris tui atque pontificis, quæsumus, Dómine, annua solennitas pietáti tuæ nos reddat eccèptos: vt per hæc piæ placatiónis officia, & illum beata re-

tribútió comitétur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dóminum.

Communio. Beátus seruus, quem cùm vénerit Dóminus inuenerit vigilántem: Amen dico vobis: super ómnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Deus, fidélium remunerátor animárum, præsta: vt beati Bonauenturæ confessoris tui atque pontificis, cuius venerándam celebrámus festiuitátem: precibus, indulgéntiam consequámur. Per Dóminum.

SANCTI ALEXII CONFESSORIS. **Inuocatus.**



Si iusti meditábitur sapientiam: & lingua eius loquétur iudicium, & lex Dei eius in corde ipsius.

Psalms.

Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ✠ Glória patri, & filio.

Oratio.

Deus, qui nos beati Alexij confessoris tui annua solennitate lætificas: concède propítius: vt cuius natalitia còlimus, étiam actiões imitemus. Per Dóminum.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Timótheum.

Fratres: Est quæstus magnus: pietas cum sufficiéntia. Nihil enim intulimus in huc mundū: haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habentes auté alimenta, & quibus tegamur: his contenti simus. Nā qui volūt diuites fieri: incidunt in tentationem

& in laqueū diaboli, & desideria multa inutilia, & nocīua, quæ mergūt hōmines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum, est cupiditas. Quā quidam appetentes, errauerunt à fide: & inferuerunt se doloribus multis. Tu autē o homo Dei, hæc fuge: sectare verō iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam: mansuetudinem. Certa bonum certāmen fidei: apprehēde vitā æternam.

Graduale. Iustus, vt palma, florēbit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Dōmini. **Ps.** Ad annunciantum manē misericordiam tuā, & veritatem tuam per noctē. **A**lleluia, alleluia. **Ps.** Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluia.

Euangelium. Ecce nos reliquimus omnia. **de communi Abbatum.** fol. 27.

Offertorium.
Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nōmine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

Laudis tibi, Dñe, hōstias immolamus, in tuōrū cōmmemoratione sanctorum: quibus nos & præsētibus exui malis cōfidimus, & futuris. Per.

Communio. **B**cātus seruus, quē cūm uenerit dōminus, inuenerit uigilantem: amen dico uobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Refecti cibo, potuq; cęlesti, Deus noster, te supplices exorāmus: ut in cuius hæc cōmemoratione percēpimus, eius muniamur & precibus, Per.

SANCTÆ SYMPHORO **Die. 18**
rosæ cum septem filijs martyribus.

Introitus.



Lamauerunt iusti, **Ps. 3**
& Dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos.

Psalm. Benedicā **ibidē.**

Dōminum in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. **Ps.** Glōria patri.

Oratio.

Deus, qui nos concēdis sanctorū martyru tuōrum, Symphorose & filiorū natalitia cōlere: da nobis in æternā beatitudine de eorū societate gaudere. Per Dōminum.

Epistola. Sancti per fidem regna. **de cōmu. plur. mart.** fol. 17.

Graduale. Ecce quam bonum, & **Ps. 133.** quam iucundum habitare fratres in vnum. **Ps.** Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbā, barbā Aaron. **A**lleluia, alleluia. **Ps.** Hæc est vera fraternitas, quæ uicit mundi crimina: Christum secūta est, inelyta tenens regna cęlestia. Alleluia.

Euangelium. **A**tendite à fermento Phariseōrum. **de eodem cōm.** fol. 18.

Offertorium. **L**ætāmini in Dōmino, & exultate iusti: & glōriamini omnes recti corde. **Ps. 34.** **Secreta.**

Mvnera tibi, Dōmine, nostræ deuotionis offerimus: quæ & pro tuōrum tibi grata sint honōre iustorū & nobis salutaria te miserante reddantur. Per Dōminum.

Communio. **Q**uicūque fecerit **Mat. 11** volun-

voluntate patris mei qui in caelis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dñs.

Postcommunio.

PRæsta nobis, quæsumus, Dòmine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Symphorosa & filijs: ut quæ ore contingimus, pura mente capiâmus. Per Dòminum.

Die. 20

SANCTÆ Margaritæ virginis & martyris, Missa. Me expectauerunt. de communi. virg. & mart. fol. 29.

Die. 21

SANCTÆ PRAXEDIS virginis. Introitus.

Ps. 118.



Oquæbar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundèbar: & meditâbar in mandatis tuis,

Ibidè.

quæ dilexi nimis. **Psalm.** Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Dòmini. **V.** Gloria patri.

Oratio.

EXaudi nos Deus salutâris noster ut, sicut de beatæ Praxedis virginis tuæ festiuitate gaudem⁹, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per dñm.

Epistola. De virginibus præceptum Dòmini no habeo. **de communi virginum.** fol. 32.

Ps. 44.

Graduale. Dilexisti iustitiam: & odisti iniquitatem. **V.** Propterea unxit te Deus tuus oleo lætitię. **Alleluia alleluia.** **V.** Spécie tua & pulchritudine tua: intènde, prospere procède, & regna. **Alleluia.**

Ibidè.

Euangeliũ. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. **de eodem communi.** fol. 30.

Offertorium. Diffusa est grátia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus n ætèrnum, & in sæculum sæculi.

Secreta.

ACcepta tibi sit, Dòmine, sacratæ plebis oblatio, pro tuorũ honore sanctòrum: quorum se mèritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dòminum.

Communio. Simile est regnũ cælorum hómìni negotiatòri, quærenti bonas margaritas: inuenta vna preciòsa margarita, dedit omnia sua, & comparauit eam.

Postcommunio.

Satiasti, Dòmine, familiam tuam munèribus sacris: eius, quæsumus interuentiõne nos refoue, cuius solennia celebrâmus. Per Dòminum.

INFESTO SANCTÆ MARIÆ Magdalenæ. Introitus.

ME expectauerunt peccatores, ut perderent me: testimonia Dòmine, intellexi: omnis consummatiõnis vidi finem latũ mandatum tuũ nimis. **Psalmus.**

Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Dòmini. **V.** Gloria.

Oratio.

BEatæ Mariæ Magdalenæ, quæsumus, Dòmine, suffragijs adiuuemur: cuius precibus exoratus: quaduânũ fratrem Lazarum viuũ ab inferis resuscitasti. Qui viuis & regnas.

Lectio libri sapientiæ.

SVrgam, & circuibõ ciuitatẽ: per vicos & plateas quæram quem di-

ligit anima mea. Quæsiui illum: & nõ inueni. Inuenērunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatē. Num quem diligit anima mea, vidistis? Paululum cū pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculū genitricis meæ. Adiuro vos filia Hierusalem per capreas, ceruosque camporum: ne suscitētis, neque euigilare faciātis dilectam, donec ipsa velit. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors, dilectio: dura sicut infernus, æmulatio. Lampades eius, lampades ignis, atq; flammarū. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatē: nec flumina obruēt illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione: quasi nihil despiciet eam.

Graduale. Dilexisti iustitiam: & odisti iniquitatem. **V.** Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. **Alleluia, alleluia.** **D.** Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. **Alleluia.**

Evangelium. Rogabat Iesum quidam pharisæus. **in Feria quinta Dominicæ Passionis.** fol. 132.

Dicitur Credo.

Offertorium. Filia regum in honore tuo: astitit regina à dextris tuis in vestitu de aurato, circumdata varietate.

Secreta.

M Vnera nostra, quæsumus, Domine, beatæ Mariæ Magdalæ-

ne gloriōsa mērita tibi reddant: accepta: cuius oblationis obsequium vni-gēnitus filius tuus clementer suscepit impensum. Qui tecum.

Communio. Feci iudicium & iustitiam Domine, non calumniētur mihi superbi, ad omnia mandata tua dirigēbar, omnem viam iniquitatis odio habui. **Postcommunio.**

S Vmpto, quæsumus, Domine, vnicō ac salutari remedio, corpore scilicet, & precioso sanguine tuo: ab omnibus malis, sanctæ Mariæ Magdalænæ patrocinij eruāmur. Qui viuis.

IN FESTO SANCTI APOLLINARIS Episcopi & martyris. Dic. 23.

Introitus.



A C E R D O- Dan. 3.
tes Dei benedicite Dominum: sancti & humiles corde laudate Deum. **Psalm.** Ibid.

Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & super exaltate eum in sæcula. **V.** Gloria patri.

Oratio.

D Eus, fidelium remunerator animarum, qui que hunc diem beati Apollinæ sacerdotis tui martyrio consecrasti: tribue, quæsumus, nobis famulis tuis: vt, cui⁹ venerandā celebrāmus festiuitatē, precibus eius indulgentiam consequāmur. Per dñm.

Lectio epistolæ beati Petri apostoli.

C Harissimi: Seniores qui in vobis sunt obsecro, consenior & testis Christi

Christi passiōnum, qui & eius quæ in futuro reuelanda est, gloriæ communicator. Pascite, qui in vobis est, gregem Dei: prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucri gratiā, sed volūtariè: neq; vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastōrum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronā. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes enim inuicem humilitatem insinuare. Quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiā. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei: vt vos exaltet in tempore visitationis: omnem sollicitudinē vestram proiciētes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiens circuit, quæres quem deuoret. Cui resistite, fortes in fide: scientes eandem passiōnem ei quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternā suam gloriā in Christo Iesu, modicū passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitq; ipsi gloriā, & impériū in sæcula sæculorū. Amen.

Ps. 88.

Ibidē.

f. 107

Graduale. Inueni David seruum meū: oleo factō meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiū meum confortabit eum. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocēbit ei. **Alleluia, alleluia.**
V. Iurauit Dñs: & non poenitebit eū: tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, **Alleluia.**

**Sequentia sancti euangelij
 secundum Lucam.**

In illo tempore: Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autē eis Iesus. Reges gentium dominantur eorū: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recumbit, an qui ministrat? Nōne qui recumbit? Ego autē in medio vestrū sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israël.

Offertorium. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

Respice, Domine, propitius super hæc munerera: quæ pro beati sacerdotis & martyris tui Apollinaris commemoratione deferimus, & pro nostris offensionibus immolamus. Per Dominum nostrum.

Communio. Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque super lucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituiam: intra in gaudium Domini tui. **Postcommunio.**

Tua sancta sumētes, quæsumus, Dñe: vt beati Apollinaris nos foueant cōtinuata præsidia: quia nō desis

nis propitius intueri: quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per Dñm.

Missæ vigiliæ sancti Iacobi dicatur de cõmuni in vigilia vni⁹ apostoli. Et pro cõmemor. sanctæ Christinæ virginis & martiris, dicitur Oratio. Indulgentiã. cã sua Secreta, & Postcõmu. de cõmuni virgin. & mart. fol. 30.

Tertia Oratio dicitur de sancta, Maria. Concède.

Si festũ sancti Iacobi venerit Feria ij. de vigilia fit cõmemor. in Missa S. Apollinaris, & de S. Christina in dñica.

IN FESTO SANCTI Iacobi apostoli. Introitus.



M I H I autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorũ.

Psalms. Dõmine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti testifiõnem meam, & resurrectionem meam. *Ps. 44.* Glõria patri, & filio.

Oratio.

E Sto, Dñe, plebi tuæ sanctificator & custos: vt, apõstoli tui Iacobi munita præsijs, & cõuersatione tibi placeat, & secũra mète deseruiat. Per.

IN Missis priuatis pro cõmem. sancti Christophori martyr. Oratio. Præsta quæsumus omnipotēs Deus. de cõmuni vni⁹ mart. fol. 6.

IN Missa solenni nulla cõmem. fit de eodem.

Le. 10 epistola beati Pauli apõstoli ad Corinthios.

E Ratres: Puto, quòd Deus nos apõstolos nouissimos ostendit, tanquã morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi: vos autẽ fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & elurimus, & sitimus, & nudus sumus, & colaphis cadimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur: & benedicimus. Persecutiõnem patimur: & sustinemus. Blasphemamur: & obsecramus. Tanquam purgamenta huius mudi facti sumus, omniũ peripsẽma vltq; adhuc Non vt cõfundã vos, hæc scibo: sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decẽ millia pædagogorũ habeatis in Christo: sed nõ multos patres. Nam in Christo Iesu, per euangeliũ ego vos genui.

Graduale. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Dõmine. *Ps. 44.* Propatribus tuis nati sunt tibi filij: propterea pòpuli confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. *Ps. 44.* Ego vos elegi de mudo, vt eãtis & fructum afferatis, & fructus vester maneat, Alleluia.

Sequẽtia. Acti euangeliij secundum Matthæum.

I N illo tempore: Accẽssit ad Iesum *Cap 20* mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexterã tuam, & vnus ad sinistrã in regno

tuo. Respondens autem Iesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei, possumus. Ait illis. Calicem quem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. **Dicitur Credo.**

Pf. 18. **Offertorium.** In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. **Secreta.**

Oblationes populi tui, quaesumus, Domine, beati apostoli tui Iacobi passio beata conciliet: & quae nostris non apta sunt meritis, fiat tibi placita eius deprecatione. Per Dominum.

Præfatio de Apostolis

Matt 19. **Cōmunio.** Vos, qui secuti estis me sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israël. **Postcōmunio.**

Beati apostoli tui Iacobi, quaesumus Domine, intercessione nos adiuua: pro cuius festiuitate percipimus tua sancta lætantes. Per Dominum.

Die. 27 **SANCTI Pantaleonis martyris, Virgini.** Letabitur iustus de communi vnus mart. fol. 6.

Die. 28 **IN** festo sanctorum Nazarij, Celsi, & Victoris martyrum, & Innocentij Papæ & Confessoris. **Missæ.** Intret in conspectu tuo. **cum Epistola.** Reddidit Deus iustis mercēdem. **de communi plurimarum martyrum.** fol. 12. 16. **præter orationes, quæ dicuntur vt infra.** **Oratio.**

Sanctorum tuorum nos, Dñe, Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij confessio beata communiat: & fragili

tati nostræ subsidium dignanter exoret. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Concède nobis omnipotens Deus vt his muneribus, quæ pro sanctorum tuorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij honore deferimus: & te placemus exhibitis, & nos viuificemur acceptis. Per Dominum.

Postcommunio.

Sanctorum Nazarij, Celsi, Victoris, & Innocentij, Domine, intercessione placatus: præsta quaesumus: vt, quod temporali celebramus actione, perpetua salutatione capiamus. Per.

INFESTO SANCTÆ

Marthæ virginis. Introitus.



Dixisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.

Psalms. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **V.** Gloria patri, & filio.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatæ Marthæ virginis festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Dñm.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatrix. **Oratio.**

Præsta, quaesumus, Domine: vt, sicut populus Christianus martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatrix temporali solennitate congaudet, ita persiuatur æternæ: &

quod

quod votis celebrat, comprehendat effectu. Per Dominum nostrum.

Tertia Oratio. Auctis.

Epistola. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. *de comu virg.* fol. 31.

44. **Graduale.** Specie tua, & pulchritudine tua: intende, prosperere procede & regna. *Ps.* Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. *Ps.* Adducuntur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi in lætitia, Alleluia.

Euangelium. Intravit Iesus in quodam castellum. *ut in festo Assumptionis beatæ Mariæ.*

44. **Offertorium.** Filia regum in honore tuo: assistit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. **Secreta.**

Acepta tibi sit, Domine, sacratę plebis oblatio, pro tuorum honore & sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini & Beatricis. **Secreta.**

Hostias tibi, Dñe, pro sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis commemoratione deferimus, suppliciter deprecantes: ut indulgentiam nobis pariter conferant, & salutem.

45. **Communio.** Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit,

exite obviam Christo Dño. **Postcom.**

Satiasti, Domine, familiam tuam munere sacris: eius, quęsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Faustini & Beatricis. **Postcommunio.**

Presta, quęsumus, omnipotens Deus: ut sanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Faustini & Beatricis cęlestibus mysterijs celebrata solennitas, indulgentiam nobis tuę propitiationis acquirat. Per Dñm.

SANCTORVM MARTYRUM *Die. 3^o*
rum Abdon & Sennen. **Introitus.**



Nret in conspectu tuo, Domine, gemitus compeditorum rede vicinis nostris septuplum in sinu eorum vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. **Psalmus.** *Ibidem.*

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. *Ps.* Gloria patri. **Oratio.**

Deus, qui sanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratię contulisti: da famulis tuis suorum veniam peccatorum: ut, sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per Dñm.

Epistola. Exhibeamus nosmetipsos. *de communi plurimorum martyrum.* fol. 16.

Exo. 16

Graduale. G loriōsus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate: facies prodigia. **V.** Dextera tue domine glorificata est in virtute, dextera manus tua confrēgit inimicos. **Alleluia, alleluia.** **V.** Iustorum animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitiæ. **Alleluia.**

Sap. 3.

Euangelium. Videns Iesus turbas. **de eodem communi.** fol. 17.

Ps. 67.

Offertorium. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israël ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus. **Secreta.**

HÆc hōstia, quæsumus, Dōmine, quam in sanctorum martirum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per Dōminum.

Ps. 78

Communio. Posuerunt mortalia feruorum tuorum, Dōmine, escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ: secundum magnitudinem brachij tui posside filios morte punitō um. **I ostcommunio.**

Per huius, Dōmine, operationem mysterij, & vitia nostra purgentur: & intercedentibus sanctis tuis Abdon, & Sennen, iusta desideria compleantur. Per Dōminum.

Die. 1.

FESTA AVGVSTI.

In festo sancti Petri ad Vincula.

Introitus.

Act. 12.

Nunc scio verè, quia misit Dōminus angelum suum, & eripuit me de manu Herōdis, & de omni expectatiōne plebis Iudeō

rum. **Psalm.** Dōmine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. **V.** Gloria patri. **Oratio.**

Deus, qui beatum Petrum apostolum, à vinculis absolutū, illesum abice fecisti: nostrorum, quæsumus, absolue vincula peccatorū: & omnia mala à nobis propitiat⁹ excludere. Per.

Deinde fit commemoratio de sancto Paulo. **Oratio.**

Deus, qui multitudinem gentiū beati Pauli apostoli prædicatione docuisti: da nobis, quæsumus: vt cuius cōmemoratiōnem colimus, eius apud te patrocinia sentiāmus. Per Dōminum nostrum.

Pro commemoratione sanctorum martyrum Machabæorum.

Oratio.

Fraterna nos, Dōmine, martirū tuorum corōna lætificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio consolētur. Per Dōminum.

Epistola. Misit Herōdes rex manus. **vt in festo apostolorum Petri & Pauli.**

Graduale. Constituet eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Dōmine. **V.** Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cōfitebuntur tibi. **Alleluia, alleluia.** **V.** Solue iubente Deo terrarū Petre catēnas: Qui facis, vt pateant cœlestia regna beatis. **Alleluia.**

Euangelium. Venit Iesus in partes Casareæ Philipp. **ibidem vbi epistol.** **Et dicitur Credo.**

Offert.

Offertorium. Constitutes eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine, in omni progénie & generatióne. **Secreta.**

Oblatum tibi, Domine, sacrificium intercedente beato Petro Apostolo tuo, viuíficet nos semper & múniat. Per Dóminum.

Pro sancto Paulo. Secreta.

Apostoli tui Pauli precibus, Domine, plebis tuæ dona sanctifica: ut quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiôra fiant patrocinio supplicantis.

Pro commemor sanctorum martyrum Machabæorum. Secreta.

Iterata mysteria, Domine, pro sanctorum martyrum tuorum cômémoratióne, deuóta mente tractemus: quibus præsidium nobis crescat, & gaudium. Per Dóminum.

Præfatio de Apostolis.

Communio. Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. **Postcommunio.**

Corporis sacri & preciosi sanguinis repléti libamine, quæsumus, Domine Deus noster: ut quod pia deuotiône gerimus, certa redemptiône capiâmus. Per Dóminum.

Pro sancto Paulo. Postcómunio.

Percéptis, Domine, sacramentis, beatis apostolis interuenientibus deprecâmur: ut, quæ pro illorum celebrata sunt glória, nobis proficiant ad medelam.

Pro commemoratione sanctorum Machabæorum. Postcómunio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, quorum memoriã sacramenti participatióne recolimus, fidem quoque proficiendo sectemur. Per Dóminum nostrum.

SANCTI STEPHANI

Dic. 2.

Papæ & martyris.

Intritus.



Acerdóres eius in

duat salutarì, & sã

cti ei⁹ exultatióne

exultabunt. **Psal.**

Ibidé.

Meménto, Dómi

ne, Dauid, & om-

nis mansuetúdinis eius. **Glória.**

Oratio.

Deus, qui nos beati Stephani martyris tui atque pontificis annua solennitate lætificas: concède propitius: ut, cui⁹ natalitia cõlimus, de eiusdem etiã protectiône gaudeamus. Per Dóminum nostrum.

Lectiô actuum apostolorum.

In diébus illis: A Miléto Paulus mit-
tens Ephesum: vocauit maiores na-
tu ecclésiæ. Qui cum venissent ad eum
& simul essent, dixit eis. Vos scitis à
prima die, qua ingressus sum in Asiã,
qualiter vobiscum per omne tempus
fuerim, seruiens Dómino cum omni
humilitate & lachrymis, & tentati-
onibus quæ mihi acciderunt ex insidijs
Iudæorum: quomodo nihil subtraxe-
rim vobis vtilum, quominus annun-
ciarem vobis, & docerem vos públi-
cè, & per domos, testificans Iudæis at-
que gentilibus in Deum poenitentiã,
& fidem in Dóminum nostrum Ie-
sum Christum.

Ec. 44. Graduale. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. **Ps.** Nō est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.

Ps. 119. Alleluia, alleluia. **Ps.** Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Alleluia.

Euangelium. Siquis vult venire post me. **de communi vnus martiris pontifice.** fol. 4.

Ps. 88. Offertorium. Inueni Dauid seruū meum: oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

MVnera tibi, Domine, dicata sanctifica: intercedete beato Stephano martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dñm.

M att. 25. Communio. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque super lucratus: sum euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudiū Domini tui. **Postcommunio.**

HÆc nos communio, Domine, purget à crimine: & intercedente beato Stephano martyre tuo atque pontifice, cælestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Die. 3. IN Inventionē sancti Stephani protomartyris, ad missam omnia dicuntur de natali eius. fol. 24. **Et in oratione vbi dicit.** Natalitia celebramus dicat. Inventionem celebramus.

Die. 4. INFESTO SANCTI Dominici confessoris.

Introitus.

S iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius.



Psalmus.

Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. **Ps.** Gloria patri, & filio, & spiritui.

Oratio.

DEus, qui ecclesiam tuam, beati Dominici confessoris tui illuminare dignatus es meritis & doctrinis: concede: ut, eius intercessione, temporalibus non destituatur auxilijs, & spiritualibus semper proficiat incrementis. Per Dominum nostrum.

Epistola. Testificor coram Deo **de communi Doctorum** fol. 22.

Graduale. Iustus, ut palma, florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini. **Ps.** Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. **Ps.** Iustus germinabit sicut lilium: & florebit in æternum ante Dominum. Alleluia.

Euangelium. Sint lūbi vestri præcincti. **de communi confessorum non pontificum.** fol. 24.

Offertorium. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

MVnera tibi, Domine, dicata sanctifica: ut meritis beati Dominici confessoris tui, nobis proficiant ad medelam. Per Dominum.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. **Postcommunio.**

Concède, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui peccatorum nostrorum pondere premimur, beati Domini confessoris tui patrocinio subleuemur. Per Dominum nostrum.

IN DEDICATIONE SANCTÆ MARIÆ AD NIVES, MISSA. Salve sancta parens. ut in missis votivis beatæ Mariæ virginis à Pentecoste vsque ad Aduentum fol. 51. Et dicitur **Credo.**

Præfatio de sancta Maria.

IN FESTO TRANSFIGURATIONIS DÑI NOSTRI IESU CHRISTI.

Introitus.

Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est, & contremuit terra. **Psalms.**

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: & concupiscit, deficit anima mea in atria Domini. **Ps.** Gloria patri, & filio, & spiritui.

Oratio.

Deus, qui fidei sacramenta, in unigeniti tui gloriosa Transfiguratione patrum testimonio roborasti: & adoptionem filiorum perfectam, voce delapsa in nube lucida, mirabiliter præsignasti: concède propitius, ut ipsius regis gloriæ nos cohæredes efficias & eiusdem gloriæ tribuas esse confor-

tes. Per eundem

Pro commemoratione sanctorum martyrum Xisti, Felicissimi, & Agapiti. **Oratio.**

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum Xisti, Felicissimi, & Agapiti natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum.

Lectio epistolæ beati Petri apostoli.

Charissimi: Non doctas fabulas, **1. Ca. 16.** secuti, notum fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem & præsentiam: sed speculatores: facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam voce ad eum delapsa huiusmodi à magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Et hanc vocem nos audiimus de cælo allatam: cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiter propheticum sermonem: cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ luceti in caliginoso loco: donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.

Graduale. Speciosus forma præ filiis hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. **Ps. 44.** Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **Alleluia, alleluia.** **Sap. 7.** Candor est lucis æternæ: speculum sine macula: & imago bonitatis illius. **Alleluia.**

Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.

In illo tempore: Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Iohannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum **Cap. 17.**

seorsum: & transfiguratus est
ante eos. Et resplenduit facies eius si-
cut sol: vestimenta autem eius facta
sunt alba sicut nix. Et ecce, apparue-
runt illis Moyses & Elias, cum eo lo-
quentes. Respondens autem Petrus, di-
xit ad Iesum. Domine, bonum est nos
hic esse. Si vis, faciamus hic tria taber-
nacula: tibi unum, Moyse unum, & Eliae
unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes
lucida obumbravit eos. Et ecce vox de
nube, dicens. Hic est filius meus dile-
ctus, in quo mihi bene complacui: ip-
sum audite. Et audientes discipuli, ce-
ciderunt in faciem suam: & timuerunt
valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos:
dixitque eis. Surgite, & nolite time-
re. Levantes autem oculos suos, nemi-
nem viderunt, nisi solum Iesum. Et descen-
dentibus illis de monte, precepit eis
Iesus, dicens. Nemini dixeritis visio-
nem: donec filius hominis a mortuis
resurgat.

Dicitur Credo.

Psal. 3. **Oratorium.** Gloria & divitiarum in
domo eius: & iustitia eius manet in sa-
culum saeculi. Alleluia. **Secreta.**

Oblata, quaesumus, Domine, mu-
nera, gloriosa unigeniti tui Tran-
sfiguratione sanctifica, nosque a pecca-
torum maculis, splendoribus ipsius il-
lustrationis emunda. Per eundem.

**Pro commemoratione sanctorum
martyrum: Xisti, Felicissimi, & Aga-
piti.** **Secreta.**

Mvnera tibi Domine, nostrae de-
votionis offerimus: quae pro tuo-
rum grata sint honore iustorum: & no-
bis salutaria te miserante reddantur.

Per Dominum nostrum Iesum.

Praefatio de Nativitate Domini.

Communio. Visionem quam vi-
distis, nemini dixeritis: donec a mor-
tuis resurgat filius hominis.

Postcommunio.

Praesta, quaesumus, omnipotens
Deus: ut sacro sancta Transfigura-
tionis mysteria, quae solenne celebra-
mus officio, purificatae mentis intelli-
gentia consequamur. Per Dominum.

**Pro commemoratione sanctorum
martyrum Xisti, Felicissimi, & Aga-
piti.** **Postcommunio.**

Praesta nobis, quaesumus, Domi-
ne, intercedentibus sanctis tuis Xi-
sto, Felicissimo & Agapito: ut quae o-
re contingimus, pura mente capiamus.
Per Dominum nostrum.

SANCTI DONATI EPIS Dic
copi & martyris. **Introitus.**



Acerdotes Dei be-
nedicite dominum
sancti & humiles
cordelaudate Deum.

Psal. Benedicite
omnia opera Do-
mini Domino: laudate & super, exalta-
te eum in saecula. **Glória patri.**

Oratio.
Deus tuorum gloria sacerdotum:
praesta, quaesumus: ut sancti mar-
tyris tui & Episcopi Donati, cuius fe-
sta gerimus, sentiamus auxilium. Per.

Epistola. Omne gaudium existi-
mate fratres mei. **de communi unius
martyris.** fol. 7.

Graduale. Os iusti meditabitur

sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. **Ps.** Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. **A**lleluia, alleluia. **Ps.** Iustus non conturbabitur: quia Dominus firmat manum eius. Alleluia.

Euangelium. Videte & vigilate. **De commu. confess. pon.** fol. 22.

Offertorium. Inveni David seruum meum: oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Praesta quaesumus Domine: ut sancti martyris tui & Episcopi Donati intercessione, quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus, pie nobis fructus deuotionis auerescat. Per Dominum.

Communio. Fidelis seruus & prudens: quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. **Postcommunio.**

Omnipotens & misericors Deus qui nos sacramentorum tuorum & participes efficis & ministros: praesta, quaesumus: ut intercedente beato Donato martyre tuo atque pontifice eiusdem proficiamus & fidei consortio & digno seruitio. Per Dominum.

IN FESTOS ANCTORVM
martyrum Cyriaci, Largi, &
Smaragdi. **Introitus.**



Imete Dominum omnes sancti eius: quoniam nihil deest timentibus eum: diuites egerunt, & esu-

riuerunt: inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.

Psalm. Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. **Ps.** Gloria patri. **Oratio.**

Deus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Cyriaci, Largi, & Smaragdi solennitate laetificas: concede propitius: ut quorum natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per Dominum.

Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Thessalonicenses.

Fratres: Gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei accepistis illud non ut verbum hominum: sed sicut est vere verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum Dei quae sunt in Iudaea, in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Iudaeis: qui & Dominum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persecuti sunt: & Deo non placet: & omnibus hominibus aduersantur. Prohibetes nos gentibus loqui, ut salui fiant, ut impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira Dei super illos usque in finem.

Graduale. Timeate Dominum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum. **Ps.** Inquirentes autem Dominum, non deficient omni bono. **A**lleluia, alleluia. **Ps.** Fulgebunt iusti: & tanquam scintillae in arundinetis discurrent in aeternum. Alleluia.

Sequen-

Sequentia sancti euangelij
secundum Marcum.

Cap. 16



IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Euntes in mundum vniuersum, prædicæte euangeliu[m] omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit. Qui uerò non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt.

M. arc.
16.

Offertorium. Latamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. **Secreta.**

Accèpta sit in conspectu tuo Domine: nostra deuotio, & eorum nobis fiat supplicatiõne salutãris, pro quorum solemnitate defertur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Communio. Signa autem eos qui in me credunt: hæc sequentur: dæmonia eijcient: super ægros manus imponent, & bene habebunt.

Postcommunio.

Refecti participatiõne muneris sacri, quæsumus, Domine Deus noster, vt quorum exequimur cultum, sentiãmus effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Dic. 9.

**IN VIGILIA SAN
cti Laurentij martyris.**

Introitus.



Isperfit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi: cornu eius exaltabitur in gloria.

Psal. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius uolet nimis. **G**loria patri. **Oratio.**

Adesto, Domine, supplicationibus nostris: & intercessiõne beati Laurentij martyris tui: cuius præuenimus festiuitatẽ, perpetuã nobis misericordiã benignè impende. Per Dñm.

Pro commemoratione Sancti Romani martyris. Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: vt intercedente beato Romano martyre tuo, & à cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum nostrum.

Tertia Oratio de sancta Maria, Concede. Si festum sancti Laurentij uenerit Feria ij de Vigilia fit commemoratio in Sabbatho, & de sancto Romano in Dominica. Vbi autem fuerit ecclesia collegiata, in Sabbatho dicatur etiam Missa de Vigilia.

Lectio libri Sapientia.

Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quonia adiutor & protector factus es mihi: & liberaisti corpus meum à perditione: à laqueo linguæ, iniquæ & à labijs operantiũ mendacium: & in conspectu

per sequentium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordiae nominis tui a rugentibus preparatis ad eſcam, de manibus quaerentium animam mea: & de portis tribulationem quae circumdederunt me: a preſſura flammæ quae circumdedit me: & in medio ignis non ſum aſtuatus. De altitudine ventris inferni: & a lingua coinquinata, & a verbo mendacis: a rege iniquo, & a lingua iniuſta. Laudabit uſq; ad mortem anima mea Dominum: quoniam eruis ſuſtinentes te: & liberaſ eos de manu auguſtiae, domine Deus noſter.

Graduale. Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſaeculum ſaeculi. **Ps.** Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.

Euangelium. Siquis vult venire poſt me. **de comu. vnus mart.** fol. 4.

Offertorium. O ratio mea munda eſt, & ideo peto, vt detur locus voci meae in caelo: quia ibi eſt iudex meus, & conſcius meus: in excelfo aſcendat ad Dominum deprecatio mea.

Secreta.

Hoſtias, Domine, quas tibi offerimus, propitius ſuſcipe: & intercedente beato Laurentio martyre tuo vincula peccatorum noſtrorum abſolve. Per Dominum noſtrum.

Pro commem. ſancti Romani martyris. **Secreta.**

Accepta ſit in conſpectu tuo Domine, noſtra deuotio: & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſolemnitate defertur.

Tertia de ſancta Maria.

Communio. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. **M. att. 16.**

Postcommunio.

DA, quaſumus, Domine Deus noſter: vt ſicut beati Laurentij martyris tui commemoratione, temporali gratulamur officio: ita perpetuo laetemur aſpectu. Per Dominum.

Pro commemorat. ſancti Romani martyris. **Postcommunio.**

Reſecti participatione muneris ſacri, quaſumus, Dñe Deo noſter vt ſancti Romani martyris tui, cuius exequimur cultu, ſentiamus effectum.

Tertia de ſancta Maria.

INFESTO SANCTI

Laurentij martyris.

Introitus.

Die 10



Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius: ſanctitas & magnificentia in ſanctificatione eius. **Ps. 95.**

Psalm. Cantate **ibid.**

Dño canticum nouum: cantate Dño omnis terra. **Ps.** **Gloria.** **Oratio.**

DA nobis, quaſumus, omnipotens Deus, vitiatorum noſtrorum flammam extingueret: qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per Dominum.

Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Qui parce ſeminat, parce & metet. Et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: vnusquisque prout deſtinauit in corde

corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum: sicut scriptum est. Dispexit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem ministrat semen seminanti, & panem ad manducandum prestabit. Et multiplicabit semen vestrum, & auget in crementa frugum iustitiae vestrae.

Ps. 16. **Graduale** **P**robasti, Domine, cor meum: & visitasti noctem. **V.** Igne me examinasti: & non est inuenta in me iniquitas. **A**lleluia, alleluia. **V.** Leuita Laurentius bonum opus operatus est: qui per signum Crucis cecos illuminauit. **A**lleluia.

Sequentia sancti euang'ij.
secundum Ioanem.

Cv. 12.



In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Amen, amen dico vobis: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manebit. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Si quis mihi ministrat: me sequatur: & ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus, qui est in

cali. **N**on dicitur **C**redo. nisi in ecclesia propria & nisi venerit in dominica.

Offertorium. **C**onfessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius.

Secreta.

Accipe, quaesumus, Domine, munera dignanter oblata: & beati Laurentii suffragantibus meritis, ad nostrae salutis auxiliu[m] prouenire concede. **Per.**

Communio. Qui mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego sum, illic & minister meus erit. **Postcommunio.**

Sacro munere satiati, supplices te, Domine, deprecamur: ut quod debite seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, saluationis tuae sentiamus augmentum, **Per Dominum.**

Infra Octauam sancti Laurentii fit idem officium quod in die: & post Oratione[m] diei dicitur. Oratio de festo simplici occurrenti, tertia de sancta Maria, Concede. & non fit de festo, nisi duplex, vel semiduplex fuerit.

Pro commemoratione sanctorum **Io**
mart. Tiburtij & Susannae.

Oratio.

Sanctorum martyrum tuorum Tiburtij & Susannae nos, Domine, foueant continuata praesidia: quia non desini propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. **Per Dominum nostrum Iesum.**

Tertia Oratio de sancta Maria, Concede. nisi venerit in Dominica: tunc enim iij. Oratio erit de sanctis.

Secreta.

Adesto, Domine, precibus populi tui: adesto muneribus, ut: quae sacris sunt oblata mysterijs, tuorum tibi placeant intercessione sanctorum. Per Dominum. **Postcommunio.**

Svumpimus, Domine, pignus redemptionis aeternae: quod sit nobis, quaesumus, interuenientibus sanctis martyribus tuis, vitae praesentis auxilium, pariter & futurae.

Pro commemoratione sanctae Clarae virginis. Oratio.

Exaudi nos, Deus salutaris noster ut sicut de beatae Clarae virginis festiuitate gaudemus: ita pia deuotionis erudiamur affectu.

Tertia Concède. Secreta.

Accepta tibi sit, Domine, sacratae plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium.

Postcommunio

Satiasti, Domine, familiam tuam muneribus sacris: eius, quaesumus semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus.

Pro commemor. Sanctorum martyrum Hippolyti & Cassiani.

Oratio.

DA, quaesumus, omnipotens Deus: ut, beatorum martyrum tuorum Hippolyti, & Cassiani veneranda sollemnitas, & deuotionem nobis augeat & salutem,

Tertia Concède. Secreta.

Respice, Domine, munera populi tui sanctorum festiuitate votiuu: & tuae testificatio veritatis nobis profi-

ciat ad salutem. **Postcommunio.**

Sacramentorum tuorum, Domine, communiõ sumpta nos saluet: & in tuae veritatis luce confirmet.

IN VIGILIA ASSUMPTIONIS BEATAE MARIAE VIRGINIS.

Die. 14

Introitus.



Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducuntur regi virgines post eam: proximae eius ad-

Ps. 44.

ducuntur tibi in laetitia & exultatione.

Psalms. Eructauit cor meum **Ibidem.**

verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. **non dicitur Gloria in excelsis.**

Oratio.

Deus, qui virginalem aulam beatae Mariae virginis, in qua habitares, eligere dignatus: es da, quaesumus: ut sua nos defensione munitos, iucundos facias suae interesse festiuitati. Qui viuis & regnas.

Pro commemoratione sancti Laurentij. Oratio.

DA nobis, quaesumus, omnipotens Deus, vitiorum nostrorum flamas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormetorum suorum incedia superare.

Deinde pro sancto Eulebio confessore.

Oratio.

Deus, quinos beati Eusebij confessoris tui annua solennitate laetificas: concede propitius: ut cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Lectio libri Sapientiae.

Eccl. 24.

Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris: & flores mei, fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchrae dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctae spei. In me omnis gratia viae, & veritatis: in me omnis spes vitae, & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: & a generationibus meis ad impleremini. Spiritus enim meus super mel dulcis: & haereditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generatione saeculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audiunt me, non confundentur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

Graduale Benedicta & venerabilis es virgo Maria: quae sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. **V.** Virgo Dei genitrix: quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo.

Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

Capit **I**n illo tempore: Loquente Iesu ad turbas: extollens vocem quaedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit: & vbera quae suxisti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Offertorium. Beata es virgo Maria, quae omnium portasti creatorem genuisti qui te fecit, & in aeternum permanes virgo. **Secreta.**

Mvnera nostra, Domine, apud clementiam tuam Dei genitricis commendat oratio: quam idcirco

de praesenti saeculo transtulisti, ut pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem.

Pro sancto Laurentio. Secreta.

Accipe, quaesumus, Domine, munera dignanter oblata: & beati Laurentij suffragantibus meritis, ad nostrae salutis auxiliu[m] provenire concede.

Pro commemoratione sancti Eusebii. Secreta.

Laudis tibi, Domine, hostias immolamus, in tuorum commemoratione sanctoru[m] quibus nos, & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dominum nostrum.

Praefatio communis.

Communio. Beata viscera Mariae virginis: quae portauerunt aeterni patris filium. **Postcommunio.**

Concede, misericors Deus, fragilitati nostrae praesidium: ut qui sanctae Dei genitricis festiuitatem praenimus, intercessionis eius auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Dominum nostrum.

Pro sancto Laurentio. Postcommunio.

Sacro munere satiati: supplices te, Domine, deprecamur: ut, quod debitae seruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, saluationis tuae sentiamus augmentum.

Pro commemorat. sancti Eusebii. Postcommunio.

Refecti cibo potuque caelesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut in cuius hac commemoratione percepimus, eius muniamur & precibus. Per.

IN ASSUMPTIONE

beate Mariæ virginis.

Introitus.



Audeamus omnes in dō
mino, diem festum cele
brantes sub honore bea
tæ Mariæ virginis: de cu
ius Assumptiōne gaudent Angeli: &
collaudant filium Dei. **Psalmus.**

Eructauit cor meum verbum bo
num: dico ego opera mea regi. **V.**
Gloria patri & filio & spiritui.

Oratio.

F Amulōrum tuōrum, quæsumus,
Dñe delictis ignosce: vt qui tibi
placere de actibus nostris nō valēmus
genitricis filij tui Dōmini nostri inter
cessiōne saluēmur. Per eundem Dō
minum nostrum Iesum.

Lectio libri Sapientia.

I Nōmibus requiem quæsiui: & in
hereditate Dōmini morabor. Tūc
præcepit, & dixit mihi creator om
niū: qui creauit me, requiēuit in ta
bernaculo meo, & dixit mihi. In Ia
cob inhabita: & in Israēl hereditare
& in electis meis mitte radices. Et sic
in Sion firmata sum: & in ciuitate san
ctificata similiter requiēui: & in Hie
rusalē potestas mea. Et radicaui in pō
pulo honorificato: & in partes Dei
mei, hereditas illius: & in plenitudine
sanctōrū detentio mea. Quasi cedrus
exaltata sum in Libano: & quasi cy
pressus in monte Sion. Quasi palma
exaltata sum in Cades, & quasi plāta
tio rosæ in Iericho: Quasi oliua speciō

sa in campis: & quasi plātanus exaltā
ta sum iuxta aquas. In plateis, sicut
cinnamōmum, & balsamum aroma
tizans odōrem dedi. Quasi myrrha
electa, dedi suauitatem odōris.

Graduale. **P**ropter veritatem, & **Ps. 44.**
mansuetudinem, & iustitiam, & de
ducet te mirabiliter dextera tua. **V.**
Audi filia, & vide, & inclina aurem
tuam, quia concupit, rex speciem
tuam. **A**lleluia, alleluia. **V.** Assump
ta est Maria in cælum, gaudet exerci
tus angelōrum. Alleluia.

Sequentia sancti euangelij

secundum Lucam.

I N illo tempore: Intrauit Iesus in **C. 10.**
quoddam castellum: & mulier quæ
dam Martha nomine, excipit illū in
domū suam. Et huic erat soror nomi
ne Maria, quæ etiam sedens secus pe
des Dñi audiēbat verbum illius. Mar
tha autē satagēbat circa frequens mi
nistrium. Quæ stetit, & ait Dōmine
non est tibi curæ quod soror mea relin
quit me solam ministrare? Dic ergo il
li vt me adiuuet. Et respondens dixit
illi Dōminus. Martha Martha sollicita
es, & turbaris erga plūrima. Porro, v
num est necessarium. Maria optimam
partē elēgit: quæ nō auferetur ab ea.

Dicitur Credo.

Offertorium. Assumpta est Maria
in cælum: gaudent angeli collaudan
tes benedicunt Dōminum, Alleluia,

Secreta.

S Vbuēniat, Dñe, plebi tuæ Dei ge
nitricis oratio: quam etsi pro cōdi
tiōne carnis migrasse cognōscim⁹ in
cælesti

cælesti gl'oria apud te pro nobis intercedere sentiamus. Per eundem.

Præfatio de beata Maria.

Lu. 10

Communio. Optimam partem elégit sibi Maria: quæ non auferetur ab ea in æternum. **Postcommunio.**

Mensæ cælestis participes effecti implorâmus cleméntiam tuâ D'omine Deus noster: vt, qui assumptionem Dei genitricis cõlimus, à cunctis malis imminéntibus, eius intercessiõne liberemur. Per eundem.

Infra Octauam Assumptionis beate Virginis, & in ei' die octaua fit idẽ officium quod in die. Et infra Octauam post orationem diei, dicitur Oratio de Spirito sancto. Deus qui corda fidelium. tertia Ecclesiæ. vel pro papa. Et non fit de festo, nisi fuerit duplex, vel semiduplex. De simplici autem fit tantum commemoratio.

IN OCTAUA SANCTI

Die. 17

Laurentij. Introitus.

Pf. 16.



Robasti D'omine cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti: & non est inuenta in me iniquitas.

Ibid.

Psalmus. Exaudi, D'omine iustitiam meam, intende deprecationem meam. **Gloria patri.**

Oratio

EXcita, D'omine, in ecclesiã tuã spiritum, cui beatus Laurentius leuita seruiuit: vt, eõdem nos repleti, studeãmus amãre quod amãuit, & opere exercere quod docuit. Per D'nm.

Et fit commemoratio de Octaua

Assumptionis beate Mariæ.

Epistola. Qui parcet seminari. vt in festo eiusdem. fol. 262.

Graduale. Gl'oria & honore coronasti eum. **V.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum. **Alleluia alleluia.** **V.** Leuita Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum Crucis cæcos illuminauit. **Alleluia.**

Euangelium. Nisi granum frumenti. vt in eius festo. fol. 163.

Et dicitur Credo.

Offertorium. In virtute tua, d'ne lætabitur iustus, & super salutare tuum exultabitur vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei. **Secreta.**

Sacrificium nostrum tibi D'omine, quæsumus, beati Laurentij precatio sancta conciliet: vt, cuius honore solenniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per D'ominum.

Communio. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Postcommunio.

Supplices te rogãmus omnipotens Deus: vt, quos donis cælestibus satiasti, intercedente beato Laurentio martyre tuo, perpetua protectiõne custodias. Per D'ominum nostrum.

Pro commemoratione sancti Agapiti martyris. Oratio.

Lætetur ecclesiã tua, Deus, beati Agapiti martyris tui cõfisa suffragijs: atq; eius precibus gloriosis, & deuota permaneat, & secura consistat.

Tertia de sancto spiritu. Deus qui corda fidelium. **Secreta.**

Susci.

Suscipe, Dómine, múnera, quæ in eius tibi solennitate deferimus, cuius nos confidim⁹ patrocínio liberari.

Postcommunio.

Satiasti, Dómine, familiam tuam muneribus sacris: eius, quæsumus semper interuentiône nos refoue, cuius solennia celebramus.

IN festo sancti Bernardi abbatis, Missa. **O**s iusti meditabitur. de comuni vnius Abbatis. fol. 27.

Epistola. Iustus cor suum. in comuni doctorum. fol. 23, fit commemoratio de octaua Assumptionis beatæ Mariæ. Et dicitur **C**redo.

IN octaua Assumptionis beatæ Mariæ Missa vt in die, cum commemoratione sanctorum martyrum Timothei, Hippolyti, & Symphoriani.

Oratio.

Auxilium tuum nobis, Dómine, quæsumus, placatus impende: & intercedentibus beatis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano dexteram super nos tuę propitiatiónis extende. Per Dóminum.

Secreta.

Accepta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblatio, pro tuórum honore sanctorum: quórum se meritis percepisse de tribulatióne cognóscit auxilium. Per Dñm. **Postcommunio.**

Diuini muneris largitate satiati, quæsumus, Dómine, Deus noster: vt intercedentibus sanctis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano, in eius semper participatióne viuamus. Per Dóminum.

Missa Vigilæ sancti Bartholomæi ^{Die 24,}
dicatur de communi vnius apostoli.
fol. 1. **E**go autem sicut oliua.

Sequens festum sancti Bartholomæi celebretur secundum consuetudinem locórum vel 24. vel 25. Augusti. Romæ autem celebratur 25. cum commemoratione. S. Ludouici in Missis tantum priuatis.

IN FESTO SANCTI BARTHOLOMÆI apostoli **I**ntroitus.



Ihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorú. **Psal.**

Dómine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti fessiónem meam, & resurrectiõem meam. **G**loria. **Oratio.**

Omnipotens sempiternus Deus: qui huius diei venerandam sanctæque lætitiám, in beati apostoli tui Bartholomæi festiuitate tribuisti: da ecclesię tuę, quæsum⁹, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit. Per.

Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.

Fratres: Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia: primò apostolos, secúndo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde grátias curatiónum, opitulatiónes gubernatiónes, genera linguarum, interpretatiónes sermónum. Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophætæ? nunquid omnes doctores? nunquid

Die 24
vel 25.

Ps. 118.

Ibidem.

2 Cor. 12

quid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curatiōnum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? *Æmulamini autem charismata meliōra.*

Ps 44. *Graduale.* **C**onstitues eos principes super omnē terram: memores erunt nōminis tui, Dōmine. *✠.* Propā tribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi. **A**lleluia, alleluia. *✠.* Te gloriōsus apostolorum chorus laudat Dōmine, Alleluia.

*Sequentia sancti euangelij
secundum Lucam.*

Cap 6. **I**n illo tempore: Exiit Iesus in montem orare: & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit. Simōnem quem cognominauit Petrum, & Andrēam fratrem eius: Iacōbum & Ioānnem, Philippum & Bartolomæum, Matthæum & Thomam, Iacōbum Alphæi, & Simōnē qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacōbi, & Iudam Iscariōten qui fuit proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiōsa plebis ab omni Iudæa & Hierusalēm: & Maritima & Tyri & Sidōnis, qui uenerant ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immūdis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Dicitur Credo.

Offertorium. **M**ihi autem nimis

honorificāsi sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorū.

Secreta.

Beatī apostoli tui, Dōmine, Bartolomæi solēnnia recentētes, quęsumus: ut eius auxilio tua beneficia capiāmus, pro quo tibi hōstias laudis immolāmus. Per Dōminum nostrum.

Præfatio de Apostolis.

Communio. **V**os qui secuti estis me, sedēbitis super sedes, iudicātes duodecim tribus Israhel, dicit Dñs.

Postcommunio.

Sumptum, Dōmine, pignus redēptiōnis æternæ sit nobis, quęsum⁹ interueniēte beato bartolomæo apostolo tuo, vitæ præsentis auxilium pariter & futurę. Per Dōminum.

**SANCTI LUDOUICI
confessoris. Introitus.**



Qui iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. *Psalm.*

Noli æmulari in malignāntibus, neque zelaueris faciētes iniquitatem. *✠.* Glōria patri & filio, & spiritui.

Oratio.

Deus, qui beātum Ludouicū confessorem tuum, de terrēno regnō ad cælestis regni glōriam transfulisti: eius, quęsumus, mēritis, & intercessiōne, regis omnium Iesu Christi filij tui nos cohæredes officias. Per.

Epistola. Iustum deduxit Dñs de commu. vnus mart. non poti. fol. 5.

Graduale. Iustus, ut palma florēbit:

bit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini. *Ps.* Ad annuncian-
dum manere misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. *Alleluia.*
1. *Alleluia.* *Ps.* Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. *Alleluia.*

Euangelium. Homo quidem nobilis abiit in regionem longinquam. *de comuni confessorum non pontificum.* fol. 26.

Offertorium. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. *Secreta.*

*P*resta, quaesumus, omnipotens Deus: ut sicut beatus Ludouicus confessor tuus, spretis mundi oblectamentis, soli regi Christo placere studuit, ita eius oratio nos tibi reddat acceptos. Per Dominum.

Comunio. Beatus seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

*D*eus, qui beatum confessorem tuum Ludouicum mirificasti in terris quaesumus: ut quem in caelis gloriosum fecisti, ecclesiae tuae constituas defensorem. Per Dominum

SANCTI Zephyrini Papae & martyris, Missa. Sacerdotes Dei. *de comuni vnus martyris pontif.* fol. 3. praeter orationem quae dicitur ut infra

Oratio.

*P*resta, quaesumus, omnipotens Deus: ut beati Zephyrini martyris tui atque pontificis, cuius gaudemus

meritis, instruamur exemplis. Per Dominum nostrum. *Secreta.*

*M*vnera tibi, Domine, dicata sanctifica: & intercedente beato Zephyrino martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus, intende. Per Dominum nostrum Iesum.

Postcommunio.

*H*aec nos communitio, Domine, purget a crimine: & intercedente beato Zephyrino martyre tuo atque pontifice: caelestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum.

IN FESTO SANCTI AUGUSTINI Episcopi & confessoris, ac Doctoris Ecclesiae. *Introitus.*

Dic. 28



In medio ecclesiae aperuit os eius, & implevit eum Dominus spiritu sapientiae & intellectus: stolam gloriae

Ec. 15.

induit eum.

Psalmus.

Ps. 91.

Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. *Ps.* Gloria patri.

Oratio.

*A*d esto supplicationibus nostris omnipotens Deus: & quibus fiduciam sperandae pietatis indulges, intercedente beato Augustino confessore tuo atque pontifice, consuetae misericordiae tribue benignus effectum. Per Dominum nostrum.

Pro commemoratione sancti Hermetis martyris. *Oratio.*

*D*eus, qui beatum Hermetem martyrem tuum virtute constantiae in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo prospera

ra mundi despícere, & nulla eius ad-
uérta formidare. Per Dóminum.

**Epistola. Testificor de communi
Doctorum.** fol. 22.

Ps. 36. **Graduale.** Os iusti meditabitur sa-
piantiam: & lingua eius loquétur iu-
dicium. **V.** Lex Dei eius in corde ip-
sius: & non supplantabuntur gressus

Ps. 88. eius. **Alleluia, alleluia.** **V.** Inueni Da-
uid seruum meum: oleo sancto meo
unxi eum. **Alleluia.**

Euangelium. Vos estis sal terræ.
de eodem communi. fol. 23.

Et dicitur Credo.

Ps. 91. **Offertoriū.** Iustus, vt palma, floré-
bit sicut cedrus, quæ in Líbano est,
multiplicabitur. **Secreta.**

Sancti confessoris tui Augustini no-
bis, Dñe, pia non desit oratio: que
& múnera nostra cōciliet, & tuã nobis
indulgéntiam semper obineat. Per.

**Pro commemoratione sancti Her-
metis.** **Secreta.**

Sacrificium tibi, Dómine, laudis
offerimus in tuórum commemo-
ratione sanctórum: da, qua sumus: vt,
quod illis contulit ad glóriam, nobis
prosit ad salútem. Per Dóminum.

Ma 24. **Communio.** Fidélis seruus & pru-
dens, quem constituit Dñs super fami-
liam suam, vt det illis in tēpore tri-
tici mensuram. **Postcommunio.**

Vt nobis, Dómine, tua sacrificia
dent salútem: beátus confessor
tuus Augustinus & pón tifex, quaesu-
mus, precátor accédât. Per Dóminū.

**Pro commemoratione sancti Her-
metis.** **Postcommunio.**

Replēti benedictiōne cælesti, quæ
sumus clémentiam tuam: vt in-
tercedente beato Hermēte martyre
tuo, quæ humiliter gerimus, salubri-
ter sentiāmus. Per Dóminum.

IN DECOLATIONE **Die.**
sancti Ioannis Baptistæ.

Introitus



Ioquēbar de testimō- **Ps. 111**
nijs tuis in conspēctu
regum, & non confun-
debar: & meditabar
in mandatis tuis, quæ

dilēxi nimis. **Psalm.** Bonum est con-
fiteri Dño, & psallere nōmini tuo altis-
sime. **V.** Gloria. **Oratio.**

Sancti Ioanis Baptistæ præcurso-
ris, & mártiris tui, quaesum⁹, Dó-
mine, veneranda festiuitas, salutáris
auxilij nobis præstet effectū. Per dñm.

**Pro commemoratione sanctæ Sa-
binæ martyris.** **Oratio.**

Deus, qui inter cætera poténtiæ
tuæ miracula, étiam in sexu fra-
gili victóriam martyrij contulisti: cō-
cède propítius: vt qui beatæ Sabínæ
mártiris tuæ natalitia cōlimus, per
eius ad te exempla gradiāmur. Per.

Lectio Hieremiæ prophætæ.

In diēbus illis: Factum est verbū Dō-
mini ad me, dicens. Accinge lum-
bos tuos, & surge: & loquere ad Iuda
omnia quæ ego præcipio tibi. Ne for-
mides à facie eórum: nec enim timē-
re te faciam vultum eórum. Ego quip-
pe dedi te hodie in ciuitatē muni-
tam, & in columnam ferream, & in
murū æreum super omnem terrā, ré-

gibus Iuda, principibus eius & sacerdotibus, & omni populi terræ. Et bel labūt aduersum te, & nō praualebūt: quia ego tecū sum, ait dñs, vt liberē te:

Graduale. Iustus, vt palma, florēbit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Dōmini. **V.** Ad annunciandum manē misericōrdiam tuam, & veritatem tuam per noctem. **Alleluia, alleluia.** **V.** Iustus germinabit sicut lilium: & florēbit in æternum ante Dōminum. Alleluia.

**Sequentia sancti euangēlij
secūndum Marcum.**



In illo tempore: Misit Herodes ac tenuit Ioannem: & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodis autem insidiebatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuēbat Ioannem, sciēs eum virum iustum & sanctum: & custodiēbat eum & audito eo, multa faciēbat, & libenter eum audiēbat. Et cū dies oportūnus accidisset, Herodes natalis sui cenam fecit principibus & tribūnis & primis Galilææ. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recumbentibus: rex ait puellæ. Pete à me quod vis: & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi, licet di-

midium regni mei. Quæ cūm exisset dixit matri suæ. Quid petam? At illa dixit. Caput Ioannis Baptistæ. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem: petiuit, dicens. Volo vt pròtinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est rex. Propter iusiurandū & propter simul discumbentes, noluit eam contristare: sed misso spiculatōre, præcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eū in carcere. Et attulit caput ei⁹ in disco: & dedit illud puellæ: & puella dedit matri suæ. Quo audito: discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius & posuerunt illud in monumento.

Offertorium. In virtute tua, Dñe, lætabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei. **Secreta.**

Mvnera, quæ tibi, Dōmine, pro sancti martyris tui Ioannis Baptistæ passiōe deferimus, quæsumus vt eius obtentu nobis proficiant ad salutem. Per Dōminum.

Pro cōme. S. Sabinæ Secreta.
Hostias tibi, Dōmine, beatæ Sabinæ martyris tuæ dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidium. Per.

Cōmunio. Posuisti, Dōmine, in capite eius corōnam de lapide precio-
Postcommunio.

Conferat nobis, Dñe, sancti Ioannis Baptistæ vtraque solennitas: vt & magnifica sacramenta quæ sumpsimus, significata veneremur, & in nobis potius edita gaudeamus. Per dñm.

Pro commemoratione S. Sabinae

Postcommunio.

Divini muneris largitate satiati, quæsumus, Domine Deus noster: ut intercedente beata Sabina martyre tua, in eius semper participatione vivamus. Per Dominum.

Die. 30 **SANCTORVM FELICIS,**
& Adæucti martyrum.

Introitus.

Ec. 44



Apientiam sanctorum narrent populi: & laudes eorum nunciet ecclesia; nomina autem eorum vivent in seculum seculi.

Ps. 32.

Psalm. Exultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio. *✠.*

Gloria patri.

Oratio.

Maiestate tuam, Domine, supplices exoramus: ut, sicut nos iugiter sanctorum tuorum commemoratione lætificas, ita semper supplicatione defendas. Per Dominum.

Epistola. Ræddidit Deus iustis mercedem. *de cõm, plur. mart. fol. 16.*

Sap. 3.

Graduale. Iustorum anime in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitiæ. *✠.* Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. **Alleluia, alleluia.** *✠.* Fulgebunt iusti, & tanquam scintille in arundinetis discurrent in æternum. **Alleluia.**

Ibidem.

Euangelium. Qui vos audit. *de commun. plurimor. mart. fol. 18.*

Ps. 31.

Offertorium. Lætamini in Domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. *Secreta.*

Hostias, Dñe, plebis tuæ intende: & quas in honore sanctorum tuorum deuota mente celebrant, proficere sibi sentiant ad salutem. Per Dñm.

Communio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus: & quod in aure auditis, prædicate supra tecta. *Postcommunio.*

Replerti Dñe, muneribus sacris, quæsumus: ut, intercedentibus sanctis tuis, in gratiarum tuarum semper actione maneamus. Per Dñm.

FESTA SEPTEMBRIS.

SANCTI Egidij Abbatis. *Missa. Os iusti meditabitur ut in cõmuni Abbatis fol. 27. cum commemoratione sanctorum martyrum duodecim Fratrum.* *Oratio.*

Fraterna nos, Domine, martyrum tuorum corona lætificet: quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Iterata mysteria, Domine, pro sanctorum martyrum tuorum commemoratione deuota mente tractemus: quibus nobis & præsidium crescat, & gaudium. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, quorum memoriam sacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo sectemur. Per Dominum nostrum Iesum.

IN NATIVITATE SAN
ctæ Mariæ Virginis.

Introitus.



S Alve sancta
parens, enixa
puerpera regem:
qui cælum terram
que regit in sæcu-
la sæculorum.

Psalmus.

Eructauit cor me
um uerbum bonum : dico ego opera
mea regi. *Glòria patri, & filio.*

Oratio.

F Amulis tuis, quæsumus, Dòmine
cælestis gratiæ munus impertire:
ut, quibus beatæ Virginis partus exti-
tit salutis exordium. Natiuitatis eius
uotiuua solennitas, pacis tribuat incre-
mentum. Per Dòminum.

*In Missis priuatis pro cõmemor.
sancti Adriani martyris. Oratio.*
*Præcisa quæsumus omnipotens. de
communi unius martyris. fol. 6.*

Lectio libri Sapientiæ.

D Ominus possedit me in initio
uiarum suarum antequam quic-
quam faceret à principio. Ab æterno
ordinata sum, & ex antiquis, antequam
terra fieret. Nondum erat abyssi: & ego
iam concepta eram. Necdum fontes a-
quarum eruperant: necdum montes
gravi mole constiterant. Ante omnes
colles ego parturiebar. Adhuc terram
non fecerat, & flumina, & cardines or-
bis terræ. Quando præparabat cælos,
aderam. Quando certa lege & gyro val-
labat abyssos. Quando ethera firmabat
sursum: & librabat fontes aquarum.
Quando circundabat mari terminum
suum: & legem ponebat aquis, ne transiret

fines suos. Quando appendebat funda-
menta terræ, cum eo eram cuncta com-
ponens. Et delectabar per singulos dies
ludens coram eo omni tempore, ludens
in orbe terrarum: & deliciae meae, esse
cum filiis hominum. Nunc ergo filij au-
dite me. Beati qui custodiunt uias meas
Audite disciplinam, & estote sapien-
tes: & nolite abicere eam. Beatus ho-
mo qui audit me: & qui uigilat ad fo-
res meas quotidie: & obseruat ad po-
stes ostij mei. Qui me inuenit, inue-
niet vitam, & hauriet salutem à Dño.

*Graduale. B*enedicta & uenerabi-
lis es uirgo Maria: quæ sine tactu pu-
doris, inuenta es mater saluatoris. *Virgo Dei genitrix, quem totus non
capit orbis, in tua se clausit viscera, fa-
ctus homo. Alleluia, alleluia. Felix es sacra uirgo Maria: & omni lau-
de dignissima: quia ex te ortus est sol
iustitiæ. Alleluia.*

*Initium sancti euangeliij
secundam Mattheum.*

Iber generatiõnis Iesu Christi fi- Cep. 1.
lij Dauid, filij Abraham. Abrahã
genuit Isaac. Isaac autem, genuit Iacob.
Iacob autem, genuit Iudam & fratres
eius. Iudas autem, genuit Phares &
Zaram de Thamar. Phares autem, ge-
nuit Elron. Elron autem, genuit A-
ram. Aram autem, genuit Aminadab.
Aminadab autem, genuit Naason.
Naason autem, genuit Salmon. Salmon
autem, genuit Booz de Raab. Booz au-
tem, genuit Obeth ex Ruth. Obeth
autem, genuit Iesse. Iesse autem, genuit
Dauid regem. Dauid autem rex, genuit